ceſſationem cum dicit ſtratus membra. Sternere uero ſignificat rem erectam deiicere. Vnde Vir. Sternitur infoelix alieno uulnere: hinc cęſum exercitum ſtratum dicimus: inde ſtragē. Et quoniā ſtrata quęq; coequata ſunt: dicimus ſternere uias lapidibus: aut alia materia: propterea q; Vir. Et ſtrata uiarum ſic ſtratū mare quādo nullo urgent in fluctus uentro ęquatum manet. Vir. & omne tibi ſtratum ſilet ęquor. Sub arbuto: ſpecies pro genere. Eſt autem arbor hęc notiſſima: poma. n. ſimilima fragis producit: comara & hyemitila greci nuncupant: ſemp frondeſcit: & q̄uis apud nos non multū ſit alta: tamen quinquaginta cubitorū in arabia inueniri auctor ē iuba. Viridi. a uigore dicitur. Vnde dicimus uirides plantas quę nondū arrucrunt: & in uigore ſuo ſunt: & quoniā in illis herbacius color ē: cum criā colorē uiridē dicimus. Vnde illud maronis. Iam ſenior: ſed cruda deo uiridiſq; ſenectus. Aquæ: aq̄ oia ſunt ſecundū Talentę. Vndē Vir. Oceanumq; patrē rerū nymphaſq; ſorores uel ab ęqualitate ſubtracta diphtongo: quoniam niſi externa uis appellatur ęqualis ſemp maneat. Caput. quia omnis ſenſus capiat. S3 ois origo & pricipiū cuiuſcūq; rei caput ē ergo ad caput aq̄. i. ad fontē. Dicim⁹ & p tranſlationem caput primaz ſūmaz in pecunia: a qua foenus aut aliis quęſtus ſit ueluti rei principiū. Vnde alibi denas hic capitis mercedes exigit. Sed & hanc candē ſortē appellant. Lene. intactu proprie dicimus lene: cui⁹ contrarium ē aſperum. Demulcet lene. Aſperum ledit. Sed p tranſlationem in guſtu quod ſuaue ē lene appellaē. Trāſfertur & ad animum ut mitem lenem dicamus. Eſt autem a grēco uerbo λειαίνω polio quia polita & lenigata corpora lenia ſunt & tactum demulcent. Caſtra: ubicunq; milites ad bellum congregati manent: caſtra ſūt. Vnde & ē nauibus dixit maro. Nos caſtra mouemus: quoniam in illis milites eſſent. Sunt dicta caſtra quaſi caſta uel caſtrata: qa propter ſeueritatem priſcę militaris diſciplinę omnis in illis libido caſtrata eſſet. Inde caſtramentari caſtra ponere. Li tuo. Sunt qui dicant lituum proprie eſſe genus tubę ab robuſtiore partē incuruū. Vnde gracilior uox exiret & eſſe p onomatopian dictum a tenui uoce lituum. Inde a ſimilitudine formę uirgam: qua augures in aere templum deſignabant: & qua reges lites dirimebant lituuz dicerunt. Alii uolunt lituuz a principio eſſe dictam uirgam regis alitibus dirimendis: deinde per ſimilitudinem formę & genus tube & auguralem illā uirgam inde eſſe appellatam. Sonitus tubę. Tuba in tyrrhenia reperta ē. Vnde ſtatius Tyrrhenuſq; tubę mugire per ęquora clangor: auctor autez tubę Maletus ſiue Malcus dictus. Deteſtata: participium deponentis paſſiue poſitum ut multa alia uidemus. Teſtari teſtimonium perhibere. Item teſtamentū condere quia in eo ſit teſtatus quid uelit. Item alterius implorato teſtimonio aſſirere. Vir. teſtor cara deos & te germana tuumq; dulce caput magicas in uitam accingier artes. Obteſtari uehementer rogare. Deteſtari noſtro teſtimonio rem abominari. Mtribus: omnes bella deteſtantur: pręſertim matres: & quia imbecillioris ſunt ſexus: & quia uehementer filiis timent. Dicitur autez mater uel quia grēce μήτηρ ē uel a materia qa in foetu marceriam prębet. Vt enim ſemen paternū pro artifice ē: & formā prębet ſic mater ſanguinem exſe pręſtat: ex quo foetus formatur. Manet ſub ioue frigido. Nec in hoc loco oblitus ē oratorii artificii ad rem probandam noſter poeta. Itaq; ut oſtēdat q̄ta ſit in uenatore cupiditas uenandi: demonſtrat & quibus uoluptatibus priuari patiatur: & q̄ incōmodo ultro ſubeat. Nam in ſaltibus pernoctans relinquit uxorem: & ea quidem teneram & iuuenculam cum qua molliter cubare poterat: & tollerat nocturna frigora: tollerat labores: cum feras ut ſunt cerui curſu inſectetur. Tollerat pericula cum ſępe ſęuioribus congrediatur: ut apros uidemus. Venator immemor tenerę coniugis manet ſub ioue frigido: exclamatio ex contrariis: cum tanta ſit uenandi cupiditas: ut nonſolum uenationem pręponat innatę uoluptati coniugii pręſertim cum uxor tenera ſit: propterea q; amabilior: ſed obliuiſcetur illius. Magnum igitur eſt ſtudium uenādi: quod non ita naturale ē omittat uoluptatem coniugii: ipſa natura homini inſitam. Sed maius: ſi uxor tenera ſit. Maximū autem ſi ita omittat ut etiam obliuiſcatur. Quid ergo dices ſi non ſolum non omittat uoluptatem ſed pro illa labores & pericula ſubeat. Manet: perdurat ut oſtendat diuturnitatem temporis. Sub ioue frigido. i. ſub aere quia nullo tecto defenſus ſit: quod latini ſub diuo dicunt: & manet eo tempore quo frigora ſunt. De ioue plura alias Interim intellige iouem pro aere accipi: nonnunq̄ pro igne & aere: alibi pro anima mundi. alibi pro ipſo deo omnium conditore. Catulis: pro canibus poſuit quibus in omni uenatione utimur. Fidelibus: quia natura homini fidelis ſunt uel ſagacibus uel ſilentium in inueſtigando ſeruantibus. Cęterum catulos dicimus non ſolū canum filios ſz oium quadrupedū: qbus ungues recurui ſunt: ut leonis urſi lupi & ſimiliuz. Item in ſerpente catulos dicimus: pullos uero in ęquo & aſino. Item in omnibus auibus: ergo ut pullum dicimus equinum: ſic colūbinū & anſerinū, ſic pullos gallinaceos: Sed in boue & elephanto nituli ſunt. Ex oue agni: & capris ędi. Poſuit autem ceruā pro mitioribꝰ: apros quos greci capros dicunt, p ſęuioribus. Marſus. ſpecies ē progenere. marſi autē populi ſūt a marſia. Cyrces filia denominati: a q̄ didicerunt ſerpētū morſibus mederi: ut pſilli in libya ſūt iuxta. Nagas. Vir. Retia rara plagę. Quem

Sternit, nunc niridi membra ſub arbuto
Stratus, nunc ad aquæ lenę caput ſacræ.
Multos caſtra iuuant: & lituo tubæ
Permixtus ſonitus: belłaq; matribus
Deteſtata, manet ſub ioue frigido
Venator: teneræ coiugis immemor
Seu uiſa eſt catulis cerua fidelibus
Seu rupit teretes marſus aper plagas

Arbutus

Plagas. Vir. Retia rara plagę. Quem locum alii diuidunt: ut dicant retia maiora & plagas minora: quibus uidetur hic poeta alibi arteſtari. Aut enim. Hic multa cane apros in obſtantes plagas aut tramite leui rara tendit retia. Alii p diffinitionem dictum uolunt: ut ſic plagę quę retia rara ſunt. Alii dicunt plagas funes: quibus retia tenduntur. Alii in ternodia in retibus quas maculas nuncupant. Teretes tereti filio. Teres ex eni longum rotundûq; ſimilis dicimus Vnde infra teretesq; ſuras. Dixerat diuerſos diuerſa ſtudia ſectari. Nunc oſtendit ſe muſis delectari: & ſummo artificio conſiliũ ſuum ut a principio oſtendit cęteris preponit. Hedere ideſt poetica facultas quę hedera coronatur propterea; dixit prima doctarũ frontium. Eſt hedera dicta qđ parietibus arboribuſq; hęreat & bacchо cõſecrata: & quia bacchus poetis pręeſt: iccirco poetę illa coronantur. Vir. Hanc quoq; ſine tpra circã Inter uictrices hederam tibi ſerpere laurũ. Et propertius. Mi folia ex hedera porrige bacchę tua.

Me doctarum hedere præmia frontium
Diis miſcent ſuperis: Me gelidum nemus
Nympharumq; leues cum ſatyris chori
Secernunt populo: ſi neq; tibias
Euterpe cohibet: neq; polymnia
Leſboum refugit tendere barbiton.
Quod ſi me lyritis uatibus inſeris
Sublimi feriam uertice ſidera

Ode ſecunda delaudibus octauiani

Doctarum. f. i. frontium doctorũ hominũ ſic Maro. Scuta uirum galeaſq; & forcia corpora uolunt idęs corpora uirorũ fortiũ. Nec iniuria doctos appellat poetas. Nã & ſi omnis in ſua diſcipliua eruditus doctus iure hęatur: tamen nihil bono poeta doctius eſt: cum non ſolum ille humanas omnes doctrinas amplectatur: ſed inſuper diuino furore affletur. Frons dicitur qđ oculis pforata ſit. Diis miſu. non per arrogantiam dicit ſe diis admiſceri: ſed tanta inde capere lętitiã, ut ſe deum putet. Cęterũ recte dicimus diis quodamodo admiſceri poetas. Quia ut teſtimonio grauiſſimorũ philoſophorũ in oratione quadam demonſtrauimus diuini ſunt poetę: & diuinos honores nõnulli aſſecuti ſunt: ut delino & Amphione memorant. Me gelidum. Secernitur a uulgo & a grege indoctorũ & inter pauciſſimos enumerandus egregius ſit poeta. Per nemus aũt & nymphas & ſatyros indicat poetas frequentiã hominum refugere & ſolitudine delectari. Hoc idem oſtendit Iuuenalis: cum deſertis agamppes uallibus eſuriens migraret in atria clyo. Gelidum non ex noxio ſed ameno frigore. Leues ſaltando. De ſatyris aũt & nymphis in ſequentibus dicemus. Si neq; tibias euterpe cohibet. i. ſi muſę: quas per euterpem unam ex iis deſignat: nõ ꝓhibent me a tibia ideſt a uerſibus q tibia canũtur: qbus uerbis emẽdat ſiquid arrogantius de ſe dixiſſe uidebatur q. d. q miſcebitur diis arte poeticã: ſi hoc ſibi concedant muſę: ut non hoc ſuo artificio: ſed dearum dono prouenturũ affirmet. Non ergo ſibi rem prędclaram arrogat. ſed muſis tribuit. Ergo & inuidiam amouet & attentionem q res magna ſit: & beniuolentia qđ in ea ſe laboraturũ pollicet: docilitatem qđ ꝓponit circa qđ uerſetur: eodem tempore ſibi conciliat. Tibiam uero dixere latini: quia principio cum ſimplex eſſet ex oſſe tibiarum qđ uel cerui uel ingruibus ſimilibuſq; auibus eſt: efficiebatur. Volunt aũt inuentam in phrigia: ſed nonnulli ab euterpe: Alii a marſia. Alii a mida. Alii marſiam ſimplicem. Midã uero duplicem inueniſſe affirmant. Alii Hyagnim primũ tibiã inflaſſe referunt. deinde eius filium Marſiam inſtituiſſe. Plutarcus in li. de muſica tam egregiũ inuentũ non humanũ uult eſſe ſed diuinũ idq; alęci teſtimonio in appollinẽ refert et: tibiarũ citareq; muſicã repperiſſe ſcribit Anticles aũt affirmat ſtatuam illius quę in delo eſt dextera arcũ tenere ſiniſtra gratias: quarũ una lyra altera tibiam gerit: & quę in medio eſt ſyringã inflat. De euterpe & pol. deq; cęteris muſis ſuo loco dicemus. Leſboũ bar. egregium carmne & quale alęus Sapphoq; egregii in leſbo poetę cauere ad barbirõ ſolebã. Barbytos lyra maior eſt orgão ſimilis. Citharę ut gręci uolunt repertor fuit appollo. Vt hebręi Tubal ante diluuiũ noe. Fuit eius forma initio ſimilis pectori humano. q uti uox ex pectore ſic ex illa cantus prodiret. Vnde nomen aſſumpſit. Dores enim pectus citharam dicunt: paulatim deinde plures eius fuerunt formę: ut pſalteria lyrę chelis barbitę phęnices pertides. Indicę q feruntur a duobus ſimul. Quod ſi me. Magnifice de moecenate modeſtiſſime de ſe loquitur. Non. n. affirmat ſe uate eſſe. Verũ tanti iudiciu moecenatis facit: ut ſi ab eo uates eſſe lyricus iudicetur cęlũ capite tangere poſſit. Et laterentium pene diuinã illi attribuit q iuditio ſuo poetã ſe fieri poſſe putet. Inſeris uatibus ly. ideſt immittis inter uates. Ab eo qđ eſt infero inſerui inſertũ. Nam de arboribus infero inſerui inſitũ dicimus. Sublimi fer. n. ſ. prouerbium eſt: ut qui ſe felicem putet capite cęlũ tangere dicat. Vulgo aũt dicunt ſi hoc aſſequar digito tangam cęlũ. Sed altius intelligamus hoc eſſe dictum ut exprimeret quid ſit poeta. Nam cum & platonici & ariſtotelici poetã & infra deũ & ſupra hominẽ eſſe uelint: hoc nũc tolũt exprimere cũ dicat q ita ſe a terra tollet: ut nõ penetret qđe cęlũ ſed tũ ãgat.

Ode Δικόλωσ eſt. n. bimembris. Ex ſapphico endecaſyllabo q cõſtat ex trocheo: ſpondeo: dactilo: & duobus trocheis. Et in quarto uerſu ex donio dimetro in quo eſt dactilus & ſpondeus. In laude hęc octauiani tendunt quę ut deum hortatur: ut aſſiſtẽto ex diuturnis ciuilibus bellis imperio ſuccurrat. oſtenditq; oiaq; petiit ꝓdigia i uindicta interfecti Iulii cęſaris uenisſe. Calamitates aũt quecũq; acciderint deorũ irę pacationem uero & tranquilitatem illi eſſe attribuendam ueluti propitio deo. Nec rõne caret adulatio hęc quoniam cũ reliqui cęſares non niſi poſt mortem inter deos relati ſunt ſoli octauiano adhuc uiuẽti aras & ſacrificia populus romanus poſuit. Hinc ipſe alibi: iurandaq; tuum per nomen ponimus aras. Et.

Virgil.in primo georgiorgicorum eum ranq̃ deum inuocat.

IAm satis. qa diu durarunt, Pathetica oratio é: & statim a principio cõmouet cõmiseratiõnem a diuturnitate tẽporis. Vehementer.n.mouemur cũ diu qnẽpiam in miseria fuisse intelligimus. Vñ achimedes apud Vir. Tertia cũ lunę se cornua lumine cõplent. Niuis atq; .d.g. ponit niué & grãdine ꝓ rebus durissimis: ergo pathos a materia. ut cũ Cicero queritur flãmam ex lignis uiridib⁹ factã ut fumo idusus necaret. Vir. At pater omnipotens densa inẽ nubila telũ cõtorsit. Hęc autẽ cũ cuueniũt damnatẽ aliq̃ protendere solent: ut hic ante ciuile bellum & priscis tpib⁹ añ bellũ primũ pũicũ adeo exũdauit tyberis ut & prio ipetu multa in urbe ędificia dinoscerent: & mox illo stagnãte plura corrupta rucrũt: & adeo nubilosus annus quo Cęsar perit: pdurauit: ut nulle fruges ad maturitatẽ pductę fuerint. Nix gignitur ex uapore frigido & humido in medio aeris interstitio a mediocri frigido in nubis corpore cõgelato. Est minus hoc frigus quo generatur nix q̃ quo generat grãdo: quia habet admixtum aliquid de calore: q in nubis substantia indusus nec statim a frigore uictus niuis substantiã rarefacit & mollem reddit: tandẽ q̃ prędalente frigore albẽscit. Ait autem Aristoteles quod pp debilitatum frigus a calore frangitur in partes latas. Caliditas.n. admixta nubibus niuosis nõ sinit illã densari ut grandinem: unde modico calore liquescit. Niuis é secundum albertũ: ut malas herbas enecet: bonas alat. Nã constringit terrę meatus. Vnde calore ad interiora reuocato attrahitur humor ad radices. Grandinis: grando dicitur uel quia granis cõtineat uel quia grandior sit. Est autẽ secundũ Aristotelem stilla pluuię frigiditatis: uentiq; uigore in aere congelata. Fit ex uapore frigido humentiq̃: quia ad interiora nubis fricetur cõpressus a calore circũstãte. Frigus.n. acris calorẽ fugiens interiora nubis petit: seq̃ condẽsando maiori ui insurgit. ꝓptercaq̃ uaporẽ in nube deprehensũ cõstringere ualet: & in duritiẽ conuertere. Quę cã é: ut minus in hyeme grando gignat q̃ in ęstate. Virtus.n. frigoris q̃ impellẽte calore in ęstate in unum cogit: ꝓ hyemẽ uero toto aere diffundit. Vnde inualidior disiuncta insurgit. Addit Aristoteles illã gigni longe a terra. Hinc longiori spatio ꝓ aerẽ reuoluta facile rotundat & assiduo attritu minuit. Quod si in uiciniori parte aeris gignat quia ad paruum spatiũ ferẽ & maior & minus rotunda cadit. Frequẽtius aũt in die ubi calor intensior é q̃ in nocte orit grando. Dirę: quia ex deorũ ira ꝓuenerit. Pater Iuppiter: qué patrẽ hominum atq; deorũ poetę appellãt. Recte aũt illi attribuunt huiusce modi oia q̃ ignis aerisq; ui gignuntur: quoniã ut iuno ꝓ aqua terraq; capit: q elemẽta patiunt: propterea q̃ femina é. Iuno: sic Iuppiter ętherẽis aerisq; symbolũ continet. Hęc aũt aguntunde marem uolunt iouem. Dicunt hi fratres ꝓpter cognationem que è in elementis. Ineunt insup cõiugiũ quoniã ex ui actiua iouis. i. supiorũ & passiua. Iunonis .i. inferiorum elementorum cuncta gignuntur. Rubenti: refert acron cęterorum deorum manubias albas nigrasq; cõ iouis uero rubras & sanguineas: rubenti ergo ut alluderet ad naturam fulminis ex igne rubentis. Fulmen est uapor ignitus: compactus: & solidus impetuose cadens. Gignitur ex uapore grosso ex contrariis & diuersis compositũ ue hementi calore inflãmato: & uentorum nubiumq; concussione impulso: & quasi lapis igneus deconcauitate nubis deorsum per uiolentiam pulso. Raro cadit in frigidissima hyeme: quia propter frigus uapor in aere nõ gignitur. Raro etiam in uehementi estate: quia propter siccitatem & subtilitatem aeris uapores in nubibus non aggreganter. Sed a calore consumunt. In uere autem & autumno uapores multi eleuantur & condensantur & ignescunt. Refert Aristoteles tria esse genera fulminũ. Vnum quod aduret. Alterum quod quia humidus non urit: sed quod tangit in nigridinem uertit. Tertium é clarum & mirę naturę. Nam uinum effundit intactis uasis. Aliquando fracto uase ita obstupescit uinum: ut per tres dies non fluat. Aurum in saccis & uasa argentea incapsulis ita liquefacit: ut sacculi capsulęq; integre mancant. Comburit manum chyroteca intacta manente. Immo totum hominem in cinerem conuertit integris uestimentis. Martia romana mulier grauida icta fulmine partu ex animato illesa permansit: propter hanc triplicẽ naturam trisculum illud finxerunt poetę. In calidissimis regionibus raro sunt: quia ineis parum humor ualet. Item in frigidissimis ꝙ in eis calor cito extinguitur. Tuscorum litterę ut tradit plinius nouem deos emittere fulmina dixerunt: eaq; esse undecim generum. Sed iouem tria emittere. Romani duo tantum statuerunt diurnam quę ioui: nocturna q uę sũmano tribuunt. De sũmano meminit plautus. Sacras arces templa: que cum publica sint: publicum maluꝫ ꝓtendunt. Hoc sępe apud Liuium notatum é. Gentes: pro familia capimus ut de gente cornelia: hinc gentiles. Hinc etiam gentiles. i. agnati. Dicimus item gentes nationes. Vir. Quas gentes italum quas non oraueris urbes. Sed etiã hoc nomen ad bruta transfertur. Vnde Homerus μυρίωνἐθνέα πόλλα. i. muscarum gentes multas. Hunc imitat⁹ Virgil. dixit de apibus. Cum gentis adultos educunt foetus. Christiani autem gentes appellant omnes externos id est qui non sunt ciues diuinę ciuitatis: sed alieni a christiana fide. Hos ergo gentiles dicunt. Terruit gentes: quasi omnes populos. Graue molestum. Graue enim ponderosum significat. Inde per transfationem dicimus rem graué quę aio molesta é iuuenalis. Iam grauis es nobis: & semper emungeris exi. Ité amarũ Lucretius. Abrotanoq; grauem & tristia cętaurea. Dicimus cõtra graué uirũ q auctoritate & prudẽtia ualeat: q cũcta mature: & cũ rõne exacta faciat

Am satis terris niuis: atq; diræ
Grandinis misit pater: & rubenti
Dextera sacras iaculatus arces
Terruit urbem
Terruit gentes: grauge ne rediret

Vir. Tum pietate grauem: ac meritis si forte uirum quem. Dicimus grauidum. Vir. Marte grauis geminam partu dabitillia ꝓlem. Sęculũ pro ętate ponitur a sequendo dictum. Nam ut in flumine fluctũ fluctus sequitur: sic in curſu temporis ętas ętatẽ impellit. Videtur q3 maxime esse centũ annorũ spatium. Nã ludi sęculares romę centesimo quoq; anno celebrabantur. Ethrusci aũt secundũ Censorinũ ad Cerelium ab ostento in aliud ostentũ ꝓducebatur: ergo non paria erant apud illos sęcula. Pyrrhę: Ferunt fabulę iouẽ scelera hominũ exploraturũ in terrã descendisse: & sub forma humana in hospitiũ a lycaone archadię rege susceꝑptũ: sibiq3 hospitẽ quẽ rex interemerat cpulandũ positum. Iratumq3 iouem regem in lupũ mutasse. Ac postremo cum uniuersos mortales summis flagitiis inquinatos cerneret diluuio illos perdidisse: exceptis deucalione & pyrrha eius uxore: atq3 patruele. Isti ergo soli ex uniuerso hominũ genere relicti a themidis oraculo acceperunt posse ab illis reparari humanũ genus si ossa materna posi tergũ iacerent. Illi ꝓ matre terrã accipiẽtes: & ꝓ ossibus terrę lapides: eos iecerunt. Atq3 ita iacti a deucalióe in mares. Iacti a pyrrha in foeminas conuersi sunt. Timebãt igitur hoc tempore: ne diluuiũ illud rediret Diluuium deucalionis fuit: ut ait Varro regnante athenis crimao qui cecropi successit: ut aũt placet. Eusebio & Hieronimo nõ dum defuncto cecrope Tempore autem cecropis Moyses populũ ex ęgypto eduxit. Fuit aũt hoc diluuiũ anno mũdi circiter septuagesimum septimum supra tria millia & sexcentos: sed non peruenit ad ęgyptum usque. Maxime autem occupauit thessaliam: ubi regnauit deucalion & loca uicina Itaq3 nõ fuit uniuersale: ut diluuiũ factũ sub Noe. Origo aũt huius familię fluxit a titane cęli & uestę filio. Ex hoc enim natus est Iapetus: & ex Iapeto ꝓmotheus & epimetheus. Prometeus deucalionẽ genuit. Epimetheus pyrrham. Cum igitur deucalion homines qui diluuiũ ad montana confugerant: & ritu ferino uiuebant descendere in loca culta ꝑsuasisset: & ad ciuilem uitam traduxisset: inuenit locũ fabula: ut illic iactu suo. i. ui uerborũ lapides idest duros & efferatos mortales in homines: i. in immitiorẽ naturã hominis cõuerteret. Noua a grẽco: illi enim νέον dicunt. Sed etiam nouũ magnum & admirabile. Vir. pollio & ipse facit noua carmina. Monstra monstris & portentis & reliquis ad futurorum pręscentiã spectantibus alium locũ instituimus. Queste ab eo quod est queror sine diphthõgo unde querela. Quęro aũt diphthongatur: unde quęstus lucrũ. Proteus deus marinus secundum. Theodontium oceani & Tethyos filius uates fuit. Quem & homerus ab Agamẽnone: Vir. ab Aristeo futura prędicere coactũ scribit. Erat eius natura: ut uoluus nunq3 diceret: Coactus aũt in uaria monstra se cõuertens hominesq3 illudens diffugiebat Quã rem maro in quarto georgicorũ mirifice describit. Hunc diuus Hieronymus ꝓmendatio poni credit. Nos in eo loco censuimus poni ꝓ uero uariis mendaciis tecto & qđ nisi ui ingenii adhibita tot ueris similibus inuolutũ: quę omnia falsa sunt dignosci nequeant. Vertitur ergo ꝓteus in uaria monstra: quia latens est ueritas: & dum pro illa multa se nobis uerisimilia offerant: in monstra inducunt. Hunc ex pallene urbe natũ in ęgypto regnasse referet Ser. Fingitur neptunni pastor: & eius armenta quę ex mõstrosis sunt piscibus nutrire. Pecus armenta intelligit. Cęterũ pecus teste Ser. omne aial est qđ humana effigie caret. Hinc maro de fucis dixit. Ignauũ fucos pecus a pręsepibus arcent Est aũt hoc pecus ris. Vir. Formosi pecoris custos. Ipse, ltẽ hoc pecuare ipsi?. Findor ut archadię. p. r. r. Item hoc pecu & in plurali pecua. Inde pecuari a pecore colendo. Cicero pro deiotaro rege: ut non solum tetrarcha nobilis: sed etiam optimus pater familias & diligentissimus agricola: atq3 pecuarius haberetur. Sed ut ad poete uersus redeam: tota hęc descriptio ex tanta rerum inuersione magnam mouet commiserationem cum animantia non solum uictus sed & sedibus a natura datis diluuio priuarentur. Hęsit idest perstitit: ut ostendat inundationem diuturnam fuisse. Inde dicimus hęrere dubitare quia qui in racionando dubitat: consistit: neq3 procedit ad ulteriora. Est etiam hęrẽ niti Virg. hęrent parentibus scalę. Dicitur item hęrere res: quę aliquo impedimento prohibita discedere nequit: sic aues ramis hęrent & uaues uadosis locis. Vlmo pro omni arbore. Dama: animal est non multum a caprelo dissimile. Aequore supericcto: quia mare occupauerat terram: quam suam esse oportebat. Vidimus: excitatur commiseratio aduersa in rebus enim aduersis: ut docet Cicero: duriora quęq3 sunt: quę uidemus: q̃ quę audimus. Virg. Quęq3 ipse miserrima uidi: & quorum pars magna fui. Et de pallante. Ipse caput niuei fultum pallantis: & ora & uidi. Flauum: uel tunc flauum quia diluuio auctus cenubentur fluctes: uel epithetum est perpetuum huius fluminis quia citato fluens cursu raro limpidus apparet. Vir. Verticibus rapidis & multa flauus harena. Tiberis. siue tyberimus in etruria nascit ex apennino supra casentinatem agrum. Nec procul a nostro arno: primo tusciam ab umbria diuidit deinde multis relictis uerbibus romam influit: & tandem mare tyrrhenum ingreditur: olim albula dictus est deinde tybris a tybri antiquissimo rege etruscorum qui piraticam exercęns circa ea loca periit. Alii uolunt tybrim hunc non tuscorum: sed

Sæculum pyrrhæ noua monstra quæstæ:
Omne cum protheus pecus egit altos
Visere montes:
Piscium & summa genus hæsit ulmo:
Nota quæ sedes fuerat columbis:
Et superiecto pauidæ natarunt
Aequore damæ:
Vidimus flauum tyberim retortis

aborigenū fuiſſe regem: alii albanorū. Sunt poſtremo qui referāt ſyracuſanos quādoq; athenienſes ſiciliam infeſtantes bello ſuperaſſe: multoſq; e prēlio captiuos abduxiſſe: illoſq; ad eorū cōtumeliā circa ſyracuſas foſſam ingentē ducere & i illā fluuiū deriuare coegiſſe: atq; ipſam foſſā ūβ p'v. i. contumeliā appellaſſe. Deinde ſequētib⁹ tpibus ut ēt memorat maro: coloniā in Italiā duxiſſe: & loca uicina fluuio habitaſſe: & a foſſa ſuę patrię illū hybrim primo. deinde mutata haſpiratione i. t. tybrim nuncupaſſe. Eſt preterea apud romanos uocat⁹ rumon: quaſi ripas ruminans. Ité tarentus a terendo. Retortis undis: qa uiolentia maris repulſus urbē inundauit. Item retortis uel quia p tramites: uel quia per agros exiret. Eſt ergo ſnia ſecūdū acronē: q ipſe fluuius exiret in tēpla ueſtę cū undis retortis a littore etruſco. i. a mari etruſco. i. tyrrheno in qđ egreditur. Littus terra ó q̄ ab aqua tāgit ſecūdū Ciceronem in topicis. Aut auté ſcęuola ita dici: uel q ad eā aqua alluđat: uel qđ alluit, uel q aq̄ illic elidit. Donatus autē ait: litus aliquādo ſignificat ſpatiū circa aram: a litādo quia ibi litatur. Affertq; illud ex marone. Iacet ingens in littore truncus. Acrō uero cadē auctoritate nixus: camporū extremitatē littus eſſe in eo loco uult. Ego āt iccirco a marōe illic litt⁹ poſitū puto qa uoluit alludere corpi Pōpeii in alexādrino littore ſine capite iacenti. Eſt igit littus đ mari dictū ripa de flumine. Ouidi⁹. Cāpoq; recepti liberioris aquę p ripis littora pulſant. Rupes āt in mōtibus dicim⁹ Vir. Dumoſa de rupe pcul pendere uidebo. Mouimenta: regis: regia numę. Nā regia numę olim erat ubi deinde fuit ueſtę templū. Templaq; ueſtę. Referūt anna, p noſtra q̄ tēplo ueſtę uicina fūt: meatū tyberim habuiſſe. Iliæ: fuit hęc numitoris albanorū regis filia: ſ̄ amulius numitore fratre a regno pulſo: illā ueſtę cōſacrauit: neq; inde proles oriretur. Illa tamen ex marte grauida facta: remū Romulūq; pepit: quos amulius in tyberim pici iuſſit. Sed q detulerūt cū aucto flumine eximbrib⁹ ad iuſtum curſum deuenire non poſſent: in uado reliquerunt: ubi poſtea ficus ruminalis fuit. Ibiq; a lupa nutriti ſunt: donec a faſtulo paſtore tollerent: a quo laurentię uxori nutriendi dati ſūt. Hi cū adoleuiſſent amulū pepulerunt: & numitorē in regnū reſtituerūt. Addūt fabulę tyberim iliā in uxorem accepiſſe. Hāc igit ob cędē cęſaris ſe afflictantem ſolatur maritus fluuius: minaturq; & templo ueſtę: & regāt numę in ultionem cędis deiecturum, uel minatur templo ueſtę quoniam illa dea ſibi iam ēt irata fuerat. Veſtę: de hac dea ne omnia in unum congeramus commodisu paulo infra dicemus. Siniſtra: infenſa: uel quia illi currenti a ſiniſtra ē urbs. Ioue non probante: quia terreri iuppiter uoluit populum nō perire. Vxorius, i. nimis uxori deditus. Virgilius. Pulchrāq; uxori⁹ urbē extruit

Littore etrnſco uiolenter ūndis
Ire deiectum monumenta regis:
Templaq; ueſtæ:
Iliæ dum ſe nimium querenti
Iactat ultorem: uagus & ſiniſtra
Labitur ripa ioue non probante
Vxorius amnis.
Audiet ciues acuiſſe ferrum
Quo graues perſæ melius perirent:
Audiet pugnas uitio parentum
Rara iuuentus
Quem uocet diuum populus ruentis
Imperii rebus: prece qua fatigent
Virgines ſanctæ minus audientem

Audiet ciues, oratio patheticā & cōmiſerationis cōciliatrix: ppeaq; cōciſa & obrupta. Narrauit, pdigia quib⁹ bella ciuilia in ultionē cęſaris portendebant. Nūc oōdit ex infrequētia populi quāta ſtrages ciuilis fuerit: quę tñ ex deorū ira nō octauiani crudelitate, puenerit. Poſtremo addit octauianū reb⁹ humanis auxiliū eſſe laturū. Cōpone igit. Iuuentus quaſi poſteritas noſtra. Rara. i. infrequens uitio parētū ſuorū: qui in prēliis maiorē partē ciuium trucidarūt

Audiet: cū quęret cām quare ita rara ſit. Ciues. q. d, illos ad quos ultio non cędes pertinebat. Acuiſſe ferrum. i. arma ut ſit intellectio. Acuiſſe ferrū: geſiſſe bellū in quo ferrū acuit. Poſuit. n. quod pcedit p eo quod ſequit. Quo. g. pe. m. pe. Grauis uitupatio: impia. n. res ē ciuem in ciuem arma uertere, ſed magis impia ſi hoſtes potentes imineteſque repellendi ſint. Bis. n. patria lędit: & q ciuis ſibi adimit: & q irruptio hoſtilis non repellit. Eſt āt repetitio audiet audiet: q̄ color grauitatē ſemp & auctoritatē orationi affert. Ité expolitio ut diutius imoreť in re grauiſſima. Nam cū dixiſſet ciues acuiſſe ferrū:: addidit audiet pugnas. Poteſt etiam dici interpretatio: nā cum dicit. Audiet ciues acuiſſe ferrum: interpretat id cū addat Audiet. p. Graues noxii. Quāta ergo ipietas eſt ſimo crudelitas ē quo tempore hoſtes: & hi qđē potenteſ iminent impio pdere uires patrię: q̄bus illa hoſtē repreſſiſſet. Hunc locum mirifice explet Lucanus in principio ſuę farſalię. Quis furor o ciues quę tanta licentia ferri Gentibus iuſis latiū prēſtare cruorē. Cūq; ſupba foret babylon ſpolianda tropheis Auſoniis umbraq; erraret craſſus inulta. Perſę, p parthis poſuit: cū qb⁹ tūc ambiguū erat certamē craſſo cū filio & oi exercitu ab illis cęſo. Rara iuuēt⁹, iuuētus iuuētutis ē ipſā turba iuuenū. iuuēta ē ętas iuuenilis: iuuentas iuuētatis dea iuuenū. Rara, quia aſſiduis cędibus defecerat populus rōan⁹. Qué. u. d. ſubintelligo ergo. Habet āt maximā uim hęc addubitatio. q. d, nullū reſtare cū oēs irati ſint. Ex quo neceſſariū oōdit eſſe ad ſolū octauianū cōuertendas preces. Diuū: i accuſatiuo pōt eſſe: ſ̄ pleni⁹ diuū pro diuorū. Dicūt pprie deos q ſua natura celeſtes imortaleſq; ſūt: diuos āt q ex mortalib⁹ ad diuinitatē ſūt aſſūpti, ſed abutūt poetę notionib⁹. Qua prece: qb⁹ hymnis qb⁹ ſacris. Raro hoc nomē i ſingulari poſitū iuenim⁹ In nomiatiuo āt nūq̄. Fatigent. fatigare dicim⁹ cū qđ gratia & rōnę nō ipetram⁹: iportunitatte extorq̄ere conamur. Virgines. ſ. magna ira ueſtę oōdit: cū ne

gatus Cicero cur sexagenarius uirginem uxorem duceret: cras inquid mulier erit. Sed & quandoq; uirgo quoniam a uiridiori ętate dicitur, ꝑuencula capitur simpliciter: q̃uis etiã corrupta sit. Siusue maro. Ah uirgo infoelix tu nũc i mõ tibus errant: cũ loquatur de pasyphe iam corrupta. Sanctę: deo dicatę. Sanctũ enim sdcundũ trebatiũ ideſt ẽ qnod sã ctum & religiosum: ut sanctos restinguere fontibus ignes. Item tuq; o sanctissima uates prȩscia uenturi. Aliquando etiam sanctũ castũ & incorruptũ. Vir. Tuq; o sanctissima cõiunx focli morte tua: & alibi. Sancta ad uos anima atq; istius inscia culpę. Carmina: hymnos & laudes. Est. n. carmen uersus a canendo dictum: & dicimus carmẽ de uno tantum uersu. Vir. Et rem carmine signo. Aeneas hęc de danais uictoribus arma. Aliquando de plu ribus. Idem in buc. Et tumulũ facite tumulo super addite carmen. Daphnis ego in siluis hinc usq; ad sidera not9 Formosi custos pecoris formosior ipse Aliquando tantũ opus dicimus carmen: ut carmen bucolicum. Vestã: saturni & opis filiã fabulant. Oui. Semine saturni tertia uesta fuit. Hęc dea nu men troianũ fuit: & ab ęnea in italiam uectum & primo albę illi templũ dicatum est. Iuuenal. Et ue stam colit alba minorem. Inde & Romę templũ ha buit: quę prius fuerat numę regia. Hanc unam ex penatibus putarunt: uel saltem illorũ comité. Vnd teste Macrobio cõsules & dictatores cum consula

Carmina uestam:
Cui dabit partes scelus expiandi
Iuppiter? tandem uenias precamur
Nube candentes humeros amictus
Augur apollo.
Siue tu mauis erycina ridens:
Quam iocus circum uolat: & cũpido
Siue neglectum genus & nepotes

tũ inibant lauinii pariter sacrificabant uestę & penatibus: ꝓptereꝰ que uirgilianus hector cũ dixisset. Sacra suosq; tibi cõmendat troia penates: paulo infra uestã ponit. Sic ait & manibus uictas uestãq; potẽtẽ ętherneq; adytis effert penetralibus ignẽ. Cicero i libro de natura deorũ scribit uestã ab hestia greco uerbo dici uimq; eius ad aras focosq; ptinere: ꝓpeaq; quoniã illa sit custos rerũ intimarũ oẽm precationẽ & sa crificationẽ extremã cẽ. Ouid, illã modo ignẽ cẽ uult dicens, Nihil aliud nestẽ q̃ merã intellige flãmã. Nullaq; de flã ma semina nata uides. Mõ terrã ut illud: Sic incesta perit qa q̃ uiolauerit illã Cõdit est tellus uestaq; nomẽ idem. Dio dorus siculus scribit uestã domorũ cõstrutionẽ inuenisse: ꝓpea institutũ ut in õibus domibus colat. Plato aũt in phe dro ꝓ ęnigma ita loquit. Magnus rex citans allatũ currũ incedit exornãs cuncta ac disponẽs. Et postẽo demonstrat q; cętera dii currũ sequũt: sola aũt uesta domi mãet: ꝓ qđ intelligit uestã terrã ẽ & igne iclusũ terre: q̃ quidẽ imobilis ẽ Dicta aũt est uesta siue a greca dictiõe hestia mutata. h. in. u. Vel q uariis plantis uestiat. Dicunt illã adamatã fuisse a priapo: qui uim seminalẽ significat: ut intelligit nihil terrã ꝓductura sine ui seminali. Verũ quoniã igne ipsũ terre num quãdoq; significat qui nihil gignit: circo uirgo dicit: & uirgines illi dedicãtur: quas uestales appellant. In eius que tẽplo ignis ꝑpetuus seruat, qui tñ kłendis martiis singulis annis renouabat. Oĩs aũt uirgo uestalis amata dicebat quoniã illi q̃ prima i eo sacerdotio istituta ẽ amatę nomẽ fuit. Dicebat ꝑterea capta: quoniã capiebat a põtifice de ma nu patris & tanq̃ bello capta ptãte egrediebat. Virginẽ uero capi aut sex ãnis minorẽ: aut decẽ maiorẽ fas uõ fuit. Nę que capi poterat q̃ lingua debilis eet: sensuue auriũ diminuta: aut aliq̃ corpis labe insignita. Itẽ cnius pentes alter amẽ boue seruitute seruissent: aut fuissent i negociis sordidis uersati. Sũt qui addant nõ fuisse fas eã capi: q̃ in Italia non hẽrent domicilio. Virgo uestalis similis ac capta ẽ & i atriũ uestę deducta & põtificibus tradita: stati sine emãcipatiõe ex patria ptãte exit & iuſ testameti ꝺdi adipiscit. Ptia ãt capta fuisse uidet a nũa põpilio. erãt ãt põtifici uerba icapiẽ do: ut sacerdotẽ uestalẽ q̃ sacra faciat q̃ iussi et sacerdotẽ uestalẽ facere ꝓ populo qritib9ue q̃ optia lege fiũt: ita te amata capio. Cui dabit ptes expiãdi scelus: cui tarde hãc ꝓuincia expiãdi. i. purgãdi scel9. Tan, uẽias: post diuinas calãitates Ve. q̃si. d. faucas: qa suo aduẽtu & põtia fauẽt dii. Vir. Nec tã põtes alibi cognoscere diuos. Prȩsẽtes. i. fauẽtes. Facit ãt petitionẽ iustã: nã ueniã merent qui tãdiu pœnas lucrunt. Mouet itidẽ cũmiserationẽ a diuturnitate crũnarũ. sic Vir. Quẽdas finẽ rex magne laborũ. Amictus humeros' Synecdoche est. i. habens humeros amictos nube. Est. n. amicio ris, amictus. Cãdentes: differt cãdidus ab albo. Albũ. n. caret splendore: cãdens uero ita album est ut etiã splendeat dictũ a cãdore ferri. Humeri aũt sũt qbus dependent brachia cũ õĩ grece dicunt. Eorũ latitudo robur & prudentiã indicat: ii etiã armi dicũtur: unde arma nã supiora ab his sustentant: iferiora ide pẽdent: Armillę ornamẽta q̃ ab armis pendẽt. Augur: congruũ epithetũ soli cũ ipse uaticiniis prȩsit. Sed de auguribus alio loco. Meminit aũt appollinis: quoniã hic deus i prȩlio actiaco octauiano fauisse dicitur Vir. actius hęc cernens arcũ tendebat apollo. & Propertius dixerat & pharetrę põdus cõsumit i arcus: ꝓxima post arcus cęsaris hasta fuit. Erycina uen9 q̃ in erycino monte sici lię religiosissimę colebat. Scribit aũt Diodorus siculus Butẽ regẽ sicilię ex uenere erycẽ filiũ sustulisse. Hic uero ob genus maternũ in maxia gloria habitus: urbẽ cõdidit in alto loco a se denominatã: eiusq; i arce tẽplũ ueneri matri po suit multis donariis ornatũ. Hinc uenus erycina dicit: mõti quoq; in cujus uertice mõs ẽ idẽ est nomẽ. Vir. tñ in laudẽ ęneę historiã puertens ab ęnea cõditũ fingit his uersibus. Tũc uicina astris erycino in uertice sedes Fundat ueneri idalię. Ridẽs: epithetũ cõueniẽs qđ & Homerus illi tribuit: & lucretius de illa. Tibi ridẽt ęquora põti. Neq; erat posto ponẽda uen9: quãdoquidẽ iuliorũ familia ab ęnea sũt ueneris filio. Vir. Ecce dionęi ꝓcessit cęsaris astrũ. Dionei. n. di xit a diõe ueneris matre. Loc9 aũt et amor cõuẽientissime sũt ueneris cõitęs. Nã sine his nihil potest uen9. Propterea q;

ita illã inducit Maro cupidinem alloquentem,ut dicat.Natæ meę uireæ:mea magna potentia ſolus. Volat circũ:allu ſit ad formã cupidinis,alatus,n,pingitur.unde Propertius.Idem non fruſtra uentoſas addidit alas. Fecit & humano corde uolare deũ. Siue neglectũ gę.&,n,Neglectũ uel qa extingui cęſarẽ paſſus ẽ:uel pp bella ciuilia. Reſpicis.a recte addubitat an mars bellorũ deus reſpiciat:cũ ciuilib⁹ bellis tam diu uexat⁹ ſit popul⁹ ro. Reſpicis fauet:qa ſuo a ſpectu fauent dit. Vir.de ioue.aſpice nos tãtũ:& ſi pietate meremur da deinde auxiliũ Auctor:hoc,n.ſolo ꝓbare põt oportere martẽ tutari romanoſ.Nemo.n.dꝫ cã rem negligere:cuiꝰ ipſe ẽ auctor.auctor ergo quia a Romulo ſunt Romani:quẽ mars ex ilia genuit. Sꝫ qa pcnt a deo bellorũ pacẽ:quę nomini ſuo cõtraria uideri poſſit. Iccirco primo monet oportere eũ pcere iis q ab eo fluxere. Deinde & ſi cordi ſint bella debere iã capi ſacietate ex diuturnitate belli. Poſtremo innuit eẽ & alios populos:quos bello fatigare poſſit. Satiate:qa adeo magna & diuturna fuerant bella:ut ẽt crudeliſſimos hoſtes & prȳiorũ auidiſſimos potuerit ſatiare. Ludos d martẽ reſpexit q bello dlectaf. Nõ aũt ad hoies:qbus hęc periculoſiſſima laboriоſiſſima qꝫ ſunt,& nõ ludus. Clamor ãt galeę & acer ululatus ꝓ bello poſuit:ut huiuſcemodi circũlocutione rẽ detеſtarctur,Eſt ãt ludus in re:unde dicimus ludũ pilę & ludũ aleatũ. Dicimuſq ludũ oẽm exercitationẽ ꝫ ſiue aĩ:ſiue corpis:& locũ ubi exercemur. Hic gymnaſiũ qđ uerbũ gręci ad utrãq exercitationẽ referunt:ludũ dicũt latini.& magiſtrum ludi q ludo illi prȩeſt. Locũ uero ad uerborũ feſtiuitatẽ referim⁹.

Reſpicis auctor,
Heu nimis longo ſatiate ludo:
Quem iuuat clamor:galeæq; leues:
Siue neglectum genus:& nepotes
Reſpicis auctor,
Siue mutata iuuenem figurã
Ales in terris imitaris almæ
Filius maiæ patiens uocari
Cæſaris ultor,
Serus in cælum redeas:diuq;
Lætus interſis populo quiriuit
Ne ue te noſtris uitiis iniquum
Ocior aura,
Tollat,hinc magnos potiũs triumphos

Quę res quoniã uariã ẽ & digna q̃ cognoſcat:alibi demõſtrabit. Galeę leues polite. Leue,n,pria ſyllaba correpta ſine pondere ſignificat. Vir. Ante leues ergo paſcent in ethere cerui. Et ptrãſlationẽ dicim⁹ homines leues:q & facile mutant:& grauitate uirili carent. Ouid. Tu leuior foliis tũcũ ſine põdere ſucci. Eodẽ pacto res leues,n qb⁹ paruũ aut nullũ momẽtũ ſit. Properti⁹. Et leuib⁹ curis magna pirebona. Sin ãt prima ſyllaba pducta pferẽ: ſignificat politũ . Vir. Et ſepe in leui q̃ſiſſet cornua fronte. Et qa q̃ polita ſunt lubrica reddunt:dicim⁹ leue lubricũ. Virg. per leuia murmur ſaxa ciens. Hinc dicim⁹ leui gare.ſ.pollitũ reddere:& tactu lene. Vult⁹ optime & nõ facies:qa facies imobilis manet. Vult⁹ ãt ẽ q̃dã mutatio i facie:q̃ idicat uel ſedatũ uel cõcitatũ aĩum uel letum uel triſtẽ.uñ ẽ uult⁹ ſiue a uolẽdo:quia uoluntaſ animi in eo apparet:ſiua a uoluendo:quia uoluumilis murabiliſq; ſit. Acer:uehemẽs & aſp. Mauri:ſpetics ẽ ꝓ gñe. Mauri populi aphricę: hi fuerit medi q ex exercitu herculis illic reſiderũt: ac paulati p corruptionẽ linguę ꝓ medis. Mauri dicti ſũt. Siue mutata:tandem deuẽtũ ẽ quo cupiebat:ut octauianũ tanq̃ deũ inuocãdũ eſſe affirmet. Cupit ãt illũ ꝓ mercurio poni:quoniã is & eloquẽtię & ſapientię deus ẽ & i agẽdo celeberrim⁹. Idẽ pene ſenſit Vir.in georgicis:cũ illũ trãſfert in ſignũ Libyę ita ut hic cõtermin⁹ ſit. Virgini domicilio mercurii:pp eloqntiã & ſapiẽtiã. Illinc ſcorpioni domicilio martis: pp fortitudinẽ. Poeta ãt hinc martis nõ meminit:& qa paulo ante inuocauerat:& qa bella deteſtaf: Verũtamẽ illũ appellat ultorez ut preſentiã aĩ ad iniurias ulciſcẽdas illi attribuat. Ordo ãt duplex. Alii,n,ſic ſiue tu Auguſte uenias patrẽs uocari ultor cęſaris. Cũ.ſ.de⁹ ſis. Alii & forte rectiꝰ:ſiue tu auguſte ales filiꝰ maię ultor cęſaris uenias patrẽs uocari,uocari ab hominib⁹. Ales:q mercuriꝰ talaria alata hꝫ ut in.iiii lõgo ordine ponit a marone:ubi eũ aui ſimilẽ deſcribit. Maię.ſic Vir.Sic aut & maia genitũ demittit ab alto. Imitaris iuuenẽ:ex primis formã iuuenilẽ. Vltor.ulciſci hoſtes ẽ uindicta de hoſtib⁹ capẽ:& ulciſci ſocios.i.puniri illos q iuriã itulerãt ſociis. Serus in cęlũ:exoptat longiſſimã uitã. Ser⁹ nõ niſi ultimo tpe. Redeas:ex opinione platonicorũq uolũt humanas aias e cęlo deſcẽdere:& i corpa intrare:in quibus ſi ĩcorrupte uixerint:ad cęlũ poſt mortẽ redeãt. Ergo redeas & nõ aſcẽdas.uel dixit redeas:ut oñdat illũ iã deũ eſſe ectũ:& cęlũ tenere,ſed deſcẽdiſſe.ut cõſuleret reb⁹ humanis. Let⁹:bene uolẽs:ut uobis lętus ego hũc cadentẽ in litto re taurũ. Cõtra triſtis inuitũ ſignificat. Terẽti⁹. Inuitat triſtis. Quoniã ãt i brutis lętitia ex pingui oñdit.dicit lęt⁹.i.pinguis. Vir. Glande ſues lęti redeũt. Eadẽ rõ ẽ & in terris:uñ lętũ fertile dicit. Idẽ. Quid faciat lętas segetes. Inde lętamen quoniã lętũ.i.fertilẽ agrũ reddat. Quirini romuli:qrinũ.n.romulũ dixerũt ab haſta q̃ bello utebaf q̃ lingua ſabina. Quiris dicebaf:uel ἀπὸ τοῦ τὴν πάνυ q grece dũm ſignificat.uel populo qrini.i.populo ſuo q qrinꝰ ẽ. Nã octauianꝰ a triplici ordine romano ſenatorio eq̃ſtri & plebeo tribꝰ noibꝰ donatꝰ ẽ,ſ,ut qrinꝰ:ut cęſar:ut auguſtꝰ noiaret.ſic & romulũ noiat,ait eni. Cana fides & ueſta remo cũ fratre qrinꝰ. Ne ue te noſtris uitiis iniquũ:ut ſupra uitio parẽtũ:q̃ ſi dubitet ne clemẽtia ſua q̃ afficit. Ergo populũ romanũ a ſceleribꝰ q̃ ipſe ut deus odit:illũ auertat. Ocior aura:uelocior uentꝰ:uẽti.n.bũficio utunt aues i uolatu. Ergo alluſit ad mercuriũ q alatꝰ ẽt uel ad uelocitatẽ planctę. Hinc.i.rome ames potiꝰ magnos triumphos. Sit ſententia:cum arbitratu tuo poſſis eligere quem deum eſſe uelis:elige ut prȩſis imperio romano. Idem ſenſit & uirg. Teq̃ adeo quem mox quę ſint habitura deorum concilia incertuꝫ ẽ. Et autem i hoc

loco repetitio color rhetoricus:hic & hic.Item coniunctio:quoniam ames uerbum inter duas clausulas quę sibi applicã tur posuit. Pater atq; princeps:astris.n.titulis donatus est a populo romano:ut pater patriç & princeps urbis diceret.

Neu sinas medos:p parthis posuit medos:quoniã parthis subiecti erant. Media quia a thauro monte non discedit: frigida est.Duplex est media:cuius una pars uocat maior.Eiusq; metropolis Ecbatana est magna urbs regia olim medorũ nũc parthorũ. Equitare:reste quoniã cęleri cursu equorũ utun parthi:& interfugiendũ hostẽ sagittis feriũt. Vir. Fidenteq; fuga parthũ uersisq; sagittis. Equitare quasi dicat:p arbitrio suo uagari nihil nos post tam insignẽ notã metuentes:idq; quia ultionẽ nullã paramus. In ultos:passiue posuit.i.iptuitos. Nã iteritũ crassi & deletũ exercitũ : & capta signa nondũ ulti erant romani. Hoc cõquerit & Lucan⁹ Cũq; supba foret babylon spoliãda tropheis Ausoniis umbraq; crarret Crassus inulta Bella geri placuit nullos habitura triũphos. Te duce cęsar.emphasis est i nomine & pnomine.q d.duce te.i.duce eo qui nõ modo principaũ iter hoies tenet:sed etiã deus ẽ effect⁹. Ergo duce illo qui semper inuictissimus sit futur⁹.

Hic ames dici pater:atq; princeps:
Neu sinas medos equitare in ultos
Te duce cæsar.
Sic te diua potens cypri:
Sic fratres helenæ lucida sidera:
Ventorumq; regnat pater

Ad nauem ut uirgilium in columen uehat ode. iiii.

ODE dicolos.i.bimembris est:nã primus uersus gliconicus ẽ ab auctore nomẽ sortitus:eius pes prim⁹ spondeus est:alter coriambus:qui ex prima & ultima lõgis:& duabus itermediis breuibus constat. Potest idẽ tñ uersus reduci ad spondeũ & duos dactilos Tertius epirichius:qui habet duas breues:Secũdus uersus asclepiadeus ẽ : de quo in prima ode demõstratũ est. Nauẽ alloquit quã Virgiliũ poetã eorũ:qui fũt q fuerũt:quiq; futuros erũt in annos doctissimũ uecturã sũmopere rogat:ut illũ athenas:quo philosophãdi cã pficiscebat icolumẽ puehat. Inde occasionẽ nactus in cũ inuehit:qui auaritia ductus nauigandi primus auctor extiterit:cũ in rẽ piculosissimã mortales induxerit Sic te:hęc dictio aliquãdo prępositis est:ut illud. Iuuet sic te bene cęsar. Aliquãdo similitudinis. Vir. Sic nos in sceptra reponis: Vir. aũt apostrophe:cũ orationẽ ad absentẽ nauẽ cõuertat. Nec caret sua granitate sermo:qui aut ad bruta : aut ad inanimata habet. Sic Vir. Phoebe diu res si qua diu mortalibus ulla ẽ. Diua potens cy. q̃ cypro dominaris. Cõtra ipotens dicit ille cui alius dominat. Hinc ipotens irę:is dicit qui ab ira uincit:quoniã illã in suã potestatẽ reducere nõ potest. Inuocat aũt uenerẽ quia i mari orta plurimũ in eo posse credat:hinc neptun⁹ apud maronẽ. Fas omnam ẽ cithrea meis cõsidere regnis unde genus ducis & Propti⁹. Dea orta mari mare prestat cũti, Veneres apud priscos tres fũt una orta ex cęlo patre & dione matre:altera ex uiriliibus cęli & spuma maris. Aiunt.n.saturnũ cęlo patri uirilia amputasse.& in mare illa piecisse:atq; ex iis & ex spuma maris natã uenerẽ:ppeaq; ἀφ᾽ ῥᾶδίνην appellatã ἀφ᾽ ῥόου.n.spuma est. Hoc ideo fingũt:quoniã ex naturali calore & salso humore uen⁹ nascit. Tertia iouis & diones filia unde maro Ecce dionei pcessit cęsaris astrũ. Colit in isula cypri:ex quo & cypria & cyprogenia nuncupat. Ait aũt herodot⁹ antiqssima oium tẽplorũ ueneris fuisse duo:primũ ascalone urbe assyriç:secundũ in cypro ubi lege cautũ fuit : ut oẽs mulieres semel saltẽ in uita i honorẽ ueneris eo i tẽplo cũ alieno uiro cõcũburent. Fuit etiã quãdoq; de more ut uirgines ad littus externos expectarẽt:& cũ illis coeũtes dotes lucrarent. Quę cõsuetudo in italiã usq; ad locros peruenit. Cypr⁹ insula olim a syria disiuncta est:cũ prius eẽt cõtinẽs. Sic fratres.h.Repetitio est color rhetoricus:qui fit quotiens eadẽ dictio in pricipio clausulę repetit. Fratres.h castor & polux.Aiunt.n.iouẽ amore ledę q̃ tindari uxor fuit: captũ se in cygnũ auẽ aũt cõuertisse.& cũ muliere cõcubuisse:idẽq; duo enata oua:querũ ex altero polux & helena: ex altero castor & clytemnestra erti fũt. Alii uolũt solũmõ primũ ouũ ex ioue fuisse:ppeaq; pollucẽ & helenã fuisse imortales. Secundũ extindario:& ex illo castorẽ & clitemnestrã genitos cẽ mortales. Addit higin⁹ hos frẽs maxia cõcordia cõtunctos fuisse:& mare piratis infestatũ sua opa pacauisse. Verũ cũ castor adnersus athenienses in pugna ceciderit cõicauit sua illi imortalitatẽ polux:& a ioue ipetrauit ut alternatim uiuiret unde Vir. Si frẽm pollux alterna morte redemit. Sũt igit a ioue in id zodtaci signũ mutati:quos geminos appellam⁹:iccircoq; a piclitatib⁹ in tẽpestate nautis inuocabant:quoniã dũ in terris eẽnt illos a piratis seruauerãt est huiusmodi signũ adeo amplũ:ut cũ alter iam oriatur:altera adhuc lateat:hinc alternatim uiuere dicũtur. Diodor⁹ aũt refert:cũ argonautę ingentẽ paterentẽ tẽpestatẽ: orpheũ ea sacra pegisse:q̃ & ipse prius apud ęgyptios didicerat : & deinde samothracas docuerat : ac paulo post duos igniculos supra capita pollucis & castoris apparuisse:statimq; tẽpestatẽ cessasse q̃ sacra deinde a nauigantib⁹ obseruata sũt:& igniculi illi dioscurorũ presentia putati:hęc diodor⁹. Sed placet q̃ de iis plinius scribat ad uerbũ ponere:inque ergo. Vidi in nocturnis militũ uigiliis ihęrere pilis ꝓ uallo fulgurũ effigies. Es & antennis nauigantiũ:aliisq; nauiũ partib⁹ ceu uocali quodã sono isistũt ut uolucres sedẽ ex sede mutãtes graues cũ solitarie uenere mergẽteisq; nauigia:& si i carmine ima decident exurẽtes. Geminę aũt salutares & ꝓsperi curs⁹ prenũtię:quarũ aduẽtu fugari diras illã ac minacẽ appellatãq; helenã ferũt:& obid polluci & castori id numẽ assignãt:eosq; in mari deos inuocãt. Vides qd plin⁹:Sed nostro quoq; tẽpore xpianis nauigantibus:& diuinũ auxiliũ iplorantib⁹ huiusmodi igniculi apparere dicunt. Lucida uel salu.ut cõtra nigra dicim⁹ q̃ noxia sũt:uel ad naturã geminorũ respexit i quo signo singulę in singulorũ capitib⁹ stellę preter cęteras fulgẽtes apparẽt. Ventorũ preter:uel cęlũ itelligas:de quo plura alibi:quẽ quidem Maro aioue uẽtis prefectũ ponit:unde. Et mulcere dedit fluct⁹ & tollere uẽto: Vel neptunũ secũdũ eos:qui uo-

Sęuis libur: qui ut acron refert prompti ad mortem ſunt:uel ferotior ipſis liburnis:p quos uicta eſt.Sed liburni populi alpini inter rhetos ſunt. Inuidens ſcilicet Auguſto qđ eam priuatã nec amplius reginã: & tamẽ nõ humili: ſed nobili genere i triumpho duceret. Refert prẽterea Acron q cum idulgentius tractarẽt ab Auguſto Cleopatrã ſolitam eſſe dicere nõ triumphabor/De monſtrauimus in uita poetę modeſtiã & frugalitatem eius in omni uita. Ipſe aũt in hoc loco ad puerum ſuũ ſcribens oũdit qui ſimplici apparatu delectetur. Perſicos:nimiũ luxuriioſos & delitioſoſ:ut perſę cõſueuerunt. Quod & i multis locis:ſed maxime in uita Alexandri oſtẽditur:qui quidẽ uehementer milites ſuos offendit q obmiſſa ſeueritate macedonica perſarũ luxui ſe dediſſent. Phillira: grẽce ſtẽmata.i.coroę ἐκ τῶν φύλλων.i. ex foliis

Corone nexę.i.coronę q̃ ex cõnexis inter ſe frõdibus efficitur. Sectari.i.diligenter ſequi:& quaſi inueſtigare unde philoſophorũ ſectę dicũtur.

Sera moretur:nã elapſo ſuo tempore roſę nõ niſi i raris locis repiuntur. Sera:ſerotina. Moretur:quia ultra cęteras duret. Simplici myrto:intellige agamus. Simplici ulli rei admixta Nihil.Ordo ẽ ego nihil ſedulus curo ad labores.i.ego nõ utor tam exquiſita diligentia in his rebus:ut laborẽ ſedulus dicit quaſi ſine dolo:nã qui fideliter agit diligẽter agit. Myrtus:neq; dedecet te:nã cũ modica re delectet qđ aſtendit quia ſatis ad ornatũ eſt mihi uitis cuius umbra tegar:& tibi & mihi cõcedens eſt myrtus. Alloquit aſiniũ pollionẽ uirũ & ſumma etiã in libra repu.dignitate:&,in poetica excellentem:& qui maxima auctoritate eſſet apud Auguſtum. Hic ductor germanici exercitus: cum poſt captas ſolonas dalmatię ciuitatẽ primo meruiſſet laureã:poſt etiã cõſulatũ adeptus fuiſſet eodẽ anno ſuſcepit filiũ:quẽ a captis ſolonis ſaloniũ nuncupauit. De quo Vir.meminit in bucolicis. Pollionũ aũt familiã a Numa Pompilio ſecũdo romanorũ rege origimẽ habuiſſe tradunt.ſcripſit tragoedias optime ut Vir. Pollio & ipſe facit noua carmia. Hoc igitur tẽpore cum omiſſis tragediis hiſtoriã ciuilis belli inter cęſare & Pompeiũ ſcribere inciperet dehortat illũ a ſcribendo:tanq̃ nõ poſſet huiuſcemodi res peragi ſinę offenſioue multorũ adhuc uiuentiũ. Na & ſi Auguſtus oia iam pacaſſet:tamẽ clandeſtina odia multa in hominũmenti bus reſidebãt. Verſat igitur poeta in genere deliberatiuo:cuius finis eſt utilitas:q̃ diuiditur ut in tutũ & honeſtũ. Quapp a tuto arguit:ut abſtineat ab hiſtoria ciuilis belli:ne ambulet p ignes cinere tectos. Itẽ ab honeſto cũ honeſtũ ſit non fricare uulnera belli iam prẽteriti. Nõ,n,renouanda diſcordiarũ memoria:ſed penitus delenda eſt. Quod & pythagoras myſtice iubebat. Eſt,n,in ſuis prẽceptis:ut ſi uſpiã ſanguis humanus ſparſus cernat illico lapidibus obruat. Motũ.i.tumultũ & cõmotionẽ & in ſententia belli. Nõ,n, participiũ eſt:ſed uerbale nomẽ hic motus huius motus. Alii uolũt pticipiũ & ſubintelligunt bellũ. Ciuicũ:ciuile. Ex metello cõſulle:pleriq; huic bello initiũ dant conſulatũ Marcelli & Lentuli:quo tẽpore in ſenatu agitatũ eſt de ſuccedere Cęſari mittendo cũ ille negaret ſe exercitũ dimiſſurum:niſi Pompeius quoq; dimitteret. Qui uero rem altius repetunt a cõſulatu metelli celeris & Aphricani incipiũt. Cauſas belli:q̃ fuit nimia in Pompeio cęſareq; cupiditas ipẽrãdi:cũ uterq; q̃ in libra repub.decet poſſe niteret. Pompeius.n.iam in ciuitate ſũmus cęſare ſibi adiunxit: ut illius opibus munitior aduerſus emulos eſſet:atq; adnitente. Pompeio cęſari gallia ,quintia in quinquenniũ cũ ualido exercitu decreta eſt damnãte id cõſiliũ ciceronis q hominẽ omni uirtute prẽſtante nimis extolleret. Finito itaq; quinquennio cũ rurſus in aliud quinquenniũ ſub imperiũ ,progatũ eſſe dum demũ illius potentiã exhorrere cępit Pompeius atq; ea moliri quib⁹ a tanto gradu uirũ iã ſibi ſuſpectũ deiiceret. Nã & legionẽ cuius Labienus prẽerat & a cęſare,repeti & ſibi tanq̃ cõtra parthos ituro tradi curauit. Simul etiã noluit q illius abſentis ratio in cõſulatus petitione haberetur:neq;poterat,ille urbẽ ingredi:ſi triumphũ aſſequi uolebat: maxime ęrgo exarſit q ſibi ita doloſę triumphus

Tractare ſerpentes:ut atrum
Corpore combiberet uenenum.
Deliberata morte ferocior
Sæuis liburnis.ſcilicet inuidens
Priuata deduci ſuperbo
Non humilis mulier triumphõ:
Simplex apparatus conuiuii: ode.xxxviii.

PErſicos odi puer apparatus
Diſplicent nexæ phillira coronæ
Mitte ſectari roſa quo locorum
Sera moretur:
Simplici myrto nihil ad labores
Sedulus curo:neq; te miniſtrum
Dedecet myrtus:neq; me ſub arcta
Vite bibentem.

Quinti oratii flacci carminũm primi
Libri finis eiuſdem que incipit ſecundus ad
Pollionem: ode.i.

MOtum ex metello conſule ciuicum:
Belliq; cauſas:& uitia & modos:

eriperetur:ergo cum multa etiam iusta negaret cām dedit:ut animus dominādi cupidus quę iniusta essent agi cdere tur. Optime ergo Lucanus. Atque arma tenēti omnia dat qui iusta negat. Vitia:imperatorum:nā in Pompeio nimia arrogantia cum neminē sibi parē cuperet. In cęsare nimia dominandi cupiditas apparebat. Fortunę:quę ludibrio habet res humanas. Graues amicitias:nā nisi affinitas amicitiaq; inter Pompeum & Cęsarem intercessisset neuter ad tantas opes aspirare potuisset:ergo graues & molestę populo romano:cum illorum amicitia libertatem ad exitium tandem deduxerit. Arma uncta:quasi reposita:nam unguntur ne rubiginem contrahant nondū expiatis cruoribus .i.purgata cędc uel uncta cruoribus,i.infecta:quia unctuositas quędā apparet in sanguine.

Ludumq; fortunæ graueſq;
Principium amicitias:& arma
Nundum expiatis uncta cruoribus
Periculoſæ plenum opus aleæ
Tractas:& incedis per ignes
Suppoſitos cineri doloſo.
Paulum ſeuere muſa tragædiæ
Abſit theatris:mox ubi publicas
Res ordinaris grande munus
Cecropio repetes coturno
Inſigne mœſtis preſidium reis
Et conſulenti pollio curiæ
Cui laurus ethernos honores
Dalmatico peperit triumpho:
Iam nunc minaci murmure cornuum
Perſtringis aures:iam litui ſtrepunt
Iam fulgor armorum fugaces
Terret equos:equitumq; uulgus:
Audire magnos iam uideor duces
Non indecoro puluere ſordidos
Et cuncta terrarum ſubacta
Præter atrocem animum catonis
Iuno & deorum quiſquis amicitior
Afris inulta ceſſerat impotens
Tellure uictorum nepotes

Plenum aleę.plenū fortunę: nā queadmodū alearum ludus ſemper periculū affert:& dubius ē in eo euentus: ſic & ipſa fortuna periculuz affert multos offendas in hyſtoria ſcribēda. Ignes ſuppoſitos cineri doloſo:optima trāſlatio:nā quēadmodum euenit ut qui credunt per cinerē iā frigidum ambulare ſępe lędantur ab igne ſuppoſito cineri quē adeſſe non ſuſpicabant:ſic tu deſcribendo hyſtoriā putas inuenire animos uacuos omni perturbatione. At multi clandeſtinum & occultum retinent odiuz

Doloſo ci:dat ſenſum rei inſenſate:nō enim ſenſum habet:ut parē dolos ignis;quēadmodū ex dolo ſuam mentē occultant homines:id ergo quod caſu euenit igni dolo dat. Seuerę trag.quia & ſeueriſſimę res in tragoedia tractant:& ſeuerę in illis ſtilus adhibetur. Abſit theatris.i.ne ſcribito tragoedias:& patere:ut deſint theatris in quibꝫ p mimos perſonatos conſueuerūt agi: & hoc ad paruū tempus:donec tu ordines reſp.i. deſcribas hyſtoriā.deinde redibis ad tragoedias ſcribēdas. Grāde munꝫ.nā grandia continet tragoedia. Cecropio cothurno.i. athenienſi. De poematū origine non multū conſtat apud ſcriptores:tū pleriqꝫ inuentionē tragoedię Thespi athenienſi tribuūt. Sꝫ hęc in poetę poetice latiꝫ Dixit igit athenienſi propter hoc a cecrope athenarū rege: quē dicūt urbē hacten⁹ in pagos diſtribuūtā mocnibꝫ cinxiſſe. Fuit āt cecrops uide tęporibus quibus Moyſes apud hebreos populū abęgypto reduxit. Inſigne prędū:excellens defēſaculū. Męſtis reis.i.ns reis q cum i graui piculo uerſent moeſti ſūt:& preſidiū ēt curię. Cōſulenti,i.conſiliū petenti. Snia ē poſſe pollionē ſua eloquētia & in foro amicos defēdere & in ſenatu optimū cōſiliū i dicēdis ſententiis dare. Ergo & publice & priuatim pdeſt. Erit ergo ordo o pollio iſigne preſidiū reis & curię tu tractas motū ciuiū & reliqua. Cui laurꝫ,i.uictoria qua laurū meruit. Iam nūc:oñdit quātū ualeat eloquētia cū ita expreſſe narret:ut res geri & non narrari uideat. Perſtringis:percutis:obtūdis ut eniz oculi nimia luce pſtringunt:ſic aures nimio ſonitu. Cornū:qa grauiorē ſonitū emittūt murmur dixit.

Iam fulgor armorū. Nā apparebat in hyſtoria pompeianos ſolo armorū cęſarianorū ſplēdore terreri. Fugaces:uel quia in fugā uertunt uel ueloces. Eqtūqꝫ uultꝫ:etiā terrēt equos:oñdit.n.quāta ferocia in illorū facie appareret. Audire Videor:maxima profecto laus ſcriptoris:q ita aios legentiū moueat:ut ſibi pugnē i intereſſe & uictores duces audire uideat:q clamore ſuo & cōmilitonibꝫ audaciā & hoſtibꝫ terrorē iniiciāt. Nā ut teſte Homero oñdūt qui de re militari ſcribūt nō parua laus ē in duce uti in prēlio magna uoce. Sordidos puluere non in decoro. Nā decorū ē uictoribꝫ cū aut puluere:aut cruore dturpati ſūt. Atroce conſtātē:rigidum:& inflexibilē.magna oio laus,ſ q̄ propria ſit tanti uiri:d cuiꝫ morte in ſupioribꝫ dictū ē. Iuno:Snia ē:ſi iuno olim ceſſit romanis expugnātibꝫ carthaginē:neq; ſuos defēdere ualuit his tamē tęporibꝫ ultra ē uereres iniurias.cū tanta in aphrica romanorū ſtrages facta ſit. Ergo & Iuno & quęcunq; aliorum deorum amicior carthaginenſibus. Ceſſerat.i,tanquam uicta diſceſſerat tellurę inulta ideſt quam ulciſci non potuit inulta.ergo nō uindicata. nam paſſiue poſuit. Impotens:qa reluctari nō potuit:nunc rettulit iugurtę:ideſt Hannibalis;naz nomē pronomie ſępe ponunt poetę. Nepotes uictorum,i. milites romanos nuper cęſos in aphrica qui poſteri ſunt eorum qui ſuperauerant Hannibalem. Inferias,i,ut eſſet inferię ſunt enim

inferie

inferie ſacra quę exhibentur defunctis. Erat autem de more apud antiquos ut ſi quis dux in acie ceſus eſſet qui capti eſſent ex hoſtibus ad illius tumulum tanq̃ hoſtię mactarentur. Quare uirgilianus. Aeneas ut palantis huiuſcemodi inferias faciundas curaret, Sulmone creatos quattuor hinc iuuenes: totidem quos educat ufens Viuentes rapit: inferias: quos immolet umbris Captiuoque rogi perfundat ſanguine flammas. Retulit. per geminã. t. ſcribitur ut re quę natura breuis etiam poſitione longa reddatur: Sic ẽt reppuli & repperi dicimus geminata conſonante. Notat autem in hoc loco poeta ingentem ſtragem romanorum in aphrica: nam quo prelio Scipionem & Iubam ſuperauit Cęſar quinquaginta hominum milia deſiderata ſunt.

Quis: pbat inferias eſſe aphricanis factas. Pinguior: nam pinguęſcit terra humanis cadaueribns Quis ergo campus nõ eſt pinguior ſanguine noſtro: quaſi hominis campus ẽ pinguior. l. t. Sic Vir. Nec fuit indignum ſuperis bis ſanguine noſtro ę mathiam & latos hemi pinguęſcere cãpos. Auditum medis. q. d. extremi orbis habitatoribus. Sic. Vir. Audiit & ſi quẽ tellus extrema refuſo ſubmouet oceano. Quis gurges: omnis aquarum congerics gurges eſt & per tapinoſim pro mari capit. Vir. Apparent rari nautes in gurgite uaſto. Eſt aũt expolitio: nam mutatis uerbis ſępius eandem profert ſententiam: ſilicet omnes urbis partes ſparſas eſſe romano cruore. Decolorauere: ualde colorauere: q̃uis multiplices uariiq; ſint colores: tamẽ principes ex quibus reliqui manant albus nigerq; ſũt. Verum cũ poetę coloratum dicunt nigrum & non album intelligunt: & quia ſanguis ita purpureus ẽ ut nigreſcat: ideo dixit decolorauere ut de augeat Poſſumus etiam ponere de priuatiue: ut ſit decolorauere ideſt ſuo colore priuauere: q̃uis nullus prorſus uideatur eſſe color aquę. Daunię: italię partem. n. pro toto poſuit. Eſt autem daunia apulia. Noſtro: latino & romano Vir. Tu quoq; littoribus noſtris. Sed ne relictis. Dum tragicũ laudat poetam ipſe pene tragicus factus eſt oblitus profecto quod in ſuperioribus dixerat. Nos conuiuia nos prelia uirginum in quo oſtendit ſe de rebus tenuioribus ſcribere decreuiſſe. Ergo cohibet muſam: ut altiora illa relinquat. Ordo ę. Sed tuo muſa procax: ideſt petulans: quę fines egreſſa tuos aliena iuadis quere mecum modos leuiore plectro: ideſt carmina leuiori ſtilo facta ſub antro dioneo: ſub antro ueneris: ideſt in rebus laſciuioribus: & non grandibus: ne tu retractes: repetas munera nenie ceę relictis iocis. Modos: modulationes quos etiam numeros appellant ut numeros memini ſi uerba tenerem. Plectro: pectinem latini dicunt. Vir. Iamq; eadem digitis iam pectine pulſat eburno ἀπὸ τοῦ πλήκτρου enim ἡ πάτταλος ἢ πλῆξις percutio. Nenię: carmen lugubre eſt nenia quod nomen aliqui uolunt dictum eſſe per onomatopiam: quia ipſę ſyllabę exprimunt aliquid lugubre. Alii ab eo quod νέον: ideſt ultimum. Erat enim ultimum quod defunctis caneretur: uel ab ultima chorda citharę quę nenia dicit. Ceę, ideſt a ſimonide poeta inuętę ex cea inſula fuit. Dioneo uenereo: nã tertia uen⁹ ex ioue & Dione filia fuit. Dione aũt nata eſt ex tethi & oceano: ſed uen⁹ dione appellat. Antro ego dioneo. i. locis uoluptuoſis & ad uoluptatẽ potiꝰ q̃ ad res grãdes ſpectat. Ab

Cerrima inuectiua in auaritiam eſt: cum demonſtret auaros nulla fama lucere: Liberaliu autẽ nomen ubi que ſpargi. Addit poſtremo diuitẽ cũ eſſe nõ qui multa poſſideat: ſed qui animum ſperãtia cohibeat. Sũt aũt qui credant hunc ſaluſtium eſſe cum qui hiſtorias ſcripſit. Alii eius filium. Nullus color eſt auaris. Sapienter elegit nerbum pluribus rebus commune: nam ſine colore eſt auarus quaſi ſine fama: ut enim res ex colore in conſpectum cadit: ſi homo in cognitionem ex fama uenit. uel ſine colore eſt auarus: quia ex nimia parſimonia palleſcit. Dixit autem color propter id quod paulo poſt dixit ſplender. Ordo o criſpe ſaluſti nullus color eſt auaris: ideſt nimium cupidis lamne pro lamine: argento abdito terris in conſequentia niſi ſplendeat ille auarus temperato uſu: hoc eſt niſi ſplendide uiuat ſed cum uſu temperato & modeſto. Ponit autem lamina pro infabricata materia in quam auari aurũ uel argentum redigunt & humi fodiunt. Inimice uel per hyppallagem legas ideſt cui auaro inimicatur quia auro omnes inſidias tendunt. Vnde diogenes cynicus propterea aurum palleſcere dicebat: quoniam omnes ſibi inſidiarentur. Fodiunt autem auari pecuniam: ut Vir. Iacent penitus defoſſa talenta. Splendeat quod non eſt i auaro. Vnde auarum ſordidum dicimus: ut hic idem. Quatinus id facies ut quidam memoratur athenis ſordidus ac diues. Et alibi. Obiiciet nemo ſordes mihi quas tibi tulę ideſt auaritiam. Splendeat ex cuius uſu famam & ſplendorẽ aſſequamur

Retulit inferias iugurtæ
Quis non latino ſanguine pinguor
Campus ſepulchris impia prælia
Teſtatur: auditumq; medis
Heſperiæ ſenitum ruinæ
Quis gurges aut fiumina lugubri
Ignara belli? quod maræ dauniæ
Non decolorauere cædes
Quæ cãret ora cruore noſtro
Sed ne relictis muſa procax iocis
Ceæ retractes munera neniæ
Mecum dioneo ſub antro
Quære modos leniore plectro.

Ad criſpum ſaluſtium deliberalitate: ode. iii.

Vllus argento color eſt auaris
Abdito terris inimicæ lamnæ
Criſpe ſaluſti: niſi temperato
Splendeat uſu.

Vnde lauti & splendidi diuites dicuntur: qui opes suas ad liberalitatem conuertunt. Vsu optime & secundum philosophos qui utilia a bonis diuidunt bonaq; ea appellant quę propter se sunt experenda: ut foelicitas. Vtilia autem q̄ non propter se sed propter usum earum unde abutendo utile dicitur. In hoc numero pecunie sunt: quę non propter se expetunt. Quid enim nobis conferrent. Sed ut illarum usu quę nobis aut necessaria aut cómoda sunt cóparare possumus. Vnde ipse alibi quid mihi diuitię sed non conceditur uti? Temperato. nam si pecunia ultra modum uteremur nó iam liberales: sed prodigi essemus. Viuet extento proculeus: optimo exemplo. proculeus. n. cęsarianus miles duos habuit fratres: qui partes pompeianas secuti & hostes publici post uictoriam Cęsaris iudicati omne patrimonium amiserunt. Proculeus ergo suum illis patrimonium condonauit sibi ea satis esse dictitans: quę ex pręda comparasset: mox suis intercessionibus: ut illos Cęsar restitueret: curauit. Viuet: ętherna fama ergo auari infamia pręmuntur. Extento quo i. ętheritate quę extenta ę & omnia tenet: uel extento quo. i. prorogata ętate. q. d. & si uita breuis sit fama tamen prorogabitur. Notus q̄si nobilitatus. ut contra ignotum pro ignobili capimus. Paterni ergo pius quam fraterni. Nam maior ę patris in filiam amor quā fratris in frattem. Penna. ala & alluſit ad famam quam alatā pingūt poetę. Virgilius. Illam terra parens ira irritata deorum. Progenuit pedibus celerem & pernicib⁹ alis Propter hoc alio in loco dixit. Fama uolat. Supstes. i. quę illi superuiuet. Superstites dicuntur qui aliquo mortuo supersunt. Hinc non nulli dictam uolunt superstitionem q̄ patentes animi quadam & non uera religione assiduis pręcibus uotisq; deos: ut liberi superstites sint defatigant. Testes etiam antiqui superstites appellarūt.

Viuet extento proculeius æuo
Notus in fratres animi paterni
Illum aget penna metuente solui
Fama superstes:
Latius regnes auidum domando
Spiritum: quam si libyam remotis
Gadibus iungas: & uterq; pœnus
Seruiat uni
Crescit indulgenssi sibi uilis hydropi
Nec sitim pellit: nisi causa morbi
Fugerit uenis: & aquosus albo
Corpore langor
Redditum cyri solio phrahartem

Latius. Regnes: ex media philosophia sumptum. Arguunt enim pręsertim stoici illum solum esse diuitem cui nihil desit. At uero auaro semper multa desunt: nunq̄ ergo erit diues. Contra uero qui animum suum a cupiditatibus uendicauit ei quęcunq; assunt: satis sunt. Nam natura paucis minimisq; contenta ę. ergo diues. Omnis enim diues ę cui nihil deest. Nam ut ait Cicero. Animꝰ hominis non arcba diues appellenda ę. Hinc illud stoicorum parodoxon. Omnes sapientes diuites esse. Item solos sapientes liberos esse: solos etiam reges. Nam soli ipsi animum ita ab omni perturbatione: ab omni q; nimia cupiditate coercentur & pręsentibus fruantur: & absentia non requirant: nulla libidine torqueantur: nullis honoribus in transuersum trahantur: nullas diuitias expectant. Quamobrem ueriſſimum ę quod latius regnabimus. Domando spiritum: idest animum. i. cohibendo illum intra rationis terminos: quos cum excedit in domitę ferę similis effertur: quāsi uniuersę libyę & hispanię imperemus. Nam nihil profuit Alexandro tot populis ac nationibus imperare: tum ipse interim uino irę q; crudeliſſimis uiliſſimisq; dominis seruieret: & turpiſſimarum uoluptatum turpiſſimus esset seruus. Spiritum: idest animum. Remotis Gradibus: idest disiunctis ab ipsa libya. Nā gadęs urbs ę hispanię non procul a calpe colonia tyriarum: ut Straboni placet: Sed poeta pro hispā a posuit quę angusto freto ab aphrica diuiditur. sententia ę quod latius imperium habebis: si animum a cupiditatibus coercueris: quam si tu coniugeres sub imperio tuo aphricam hispanię & uterq; poenus uel aphricanus & hispaniensis: quia & in hispania carthago ę: uel uterq; idest orientalis & occidentalis. Crescit indulgens. Ratio quare ditior erit qui animo imperauit: quoniam nisi frenum cupiditatibus imponemus infinite erunt: ergo insatiabiles: ergo nunquam diues qa semper deerit aliquid: & probat hydropici exemplo: in quo quoniam infinita sitis excitatur q̄to plus bibit: tanto plus sitit. Hydropicis grecum uerbum latine subcutaneus morbus appellatur: quoniam sub cute aqua sit qua uenter turgescit. sic etiam & abaqua grece denominatur: nam hydor aqua ę. Nascitur autem de uitio uesicę cum anhelitu fetido & inflatione turgente. sibi dirus: crudelis sibi ipsi. Nam potando sibi ipsi mortis causa ę. Nec siti pellit nisi causa morbi fugerit uenis. Nam quemadmodum hydropico nunq̄ cessat sitis potando: nisi pellat e uenis causa quę sitim gignit sic in nobis non satiatur auaritia: nisi pellatur ex animo infinita cupiditas habendi. Langor aquosus: ipse morbus qui aquam inducit unde fit languor in corpore. Albo pallido Persius. Turgibus hinc epulis: atq; albo uētre lauatur Langor proprie ę defectio uirium & succi naturalis in corpore: hinc languere dicuntur herbe quę arescere incipiunt sed & animi debilitatem defectumq; langorem dicimus. Phrahartem. hunc dicunt nonnulli a Marco antonio regno exutum: deinde suis uirtutibus ab Augusto restitutum. Alii referunt a parentibus destitutum & regno a principibus pulsum: ad indorum philosophos bragmanas siue gymnosophistas accessisse: & cum sapiētia & doctrina multum profecisset tandem a ciuibus qui suarum uirtutum fama moti sunt in patriam reuocatum & regno restitutum magna doctrinę documenta dedisse. Ergo plus profuit regi uirtus quam opes aut diuitię. Ordo uero sit Virtus beatum. p beatorum. Dissidens plebi: idest dissentiens a plebe. Nam uirtus quę recta sunt sentit: plebs autem ex insciția falsa

omnino. Eximit phrahartem numero ideſt enumero ſilicet grege quia reddit illum egregium & remotum. A numero enumerat inter pauc os: & dedocet populum ideſt ipſam ſtultam & ignaram plebem uti falſis. Dedocere autem cum remouemus ex homine quod prius dedicerat & ei contrarium docemus. Falſis Vocibus falſis iudiciis. Deferens uni regnum: & Diadema tutum ideſt regnum cuius inſigne eſt diadema: & refert ad paradoſum illud quod eſt omnes ſapientes reges eſſe: & eorum regnum tutum eſſe. Deferens ergo uni ideſt ſoli ſapienti. Nulla enim uis ſapienti uirtutes quibus uere regnat eripere poteſt. Et propriam laurum: propriam uictoriam & triumphum. Nam laurum poſuit pro laurea qua coronantur triumphantes: & dixit propriam laurum: quia: nunquam a ſapiente eripi poteſt huiuſcemodi uictoria. Semper enim de uitiis triumphat. Vni quiſquis ideſt ſoli illi quicunque is ſit qui ingentes aceruos ideſt grandes pecuniarum cumulos reſpicit. Oculo irretorto: ideſt non reflexo a iuſtitia ad cupiditatem. Eſt ergo ſententia uirtutem facere eos reges qui propter cupiditatem auri non dimouentur a iuſtitia orationis autem contextus eſt uirtus deferens regnum & diadema tuum & propriã laurum uni: ideſt illi ſoli quiſquis ſpectat aceruos pecuniarum: oculo irretorto. Non enim uetamur ſpectare ideſt capere pecuniaſ, utiles enĩ admulta ſunt: atque illis multos ſubleuare poſſumus. Sed ſunt ita ſpectandę & cupiẽde ut non propter illas uirtutes relinquamus. Diadema erat faſcia linea qua reges caput circumligabant. Nam Διάδω greçe circumligo ſignificat. Quapropter cum Pompeius propter ictũ ceus obligaſſet faſcia audiuit a prętereunte plebeo mordax illud dictum nihil iteręſt qua parte corporis diadema ferat Pompeius dummodo regnet. Aſt. Alexandria uehementer ſuos offendit cum poſt uictoriam habitam de perſis depoſito linço ſimplicique diademate patrio perſicum auro purpuraque ornatum ſumpſit.

Diſſidens plebi numero beatum
Eximit uirtus; populumq; falſis
Dedocet uti;
Vocibus, regnum: & diadema tutum
Deferens uni: propriamq; laurum
Quiſquis ingentes oculo irretortõ
Spectat aceruos:
Aequam memento rebus in arduis
Seruare mentem: non ſecus in bonis
Ab inſolenti temperatam
Lætitia moriturae deli:
Seu mœſtus omni tempore uixeris:
Seu te in remoto gramine per dies

AD BDELLIVM. ODE. III.

Aureum prçceptum: quo amicum monet: ut uram que fortunam moderate ferat. Memento ſeruare ideſt conſeruare mẽtem equam ideſt equalem & in nullam partem inclinantem: neque in merorem propter res aduerſas: neque in profuſam lętitiam propter foelices. Socraticam igitur illam uultus equalitatem ſemper ſeruet. Temperatam idem eſt quod equam: quia temperatus in nullum extremum labitur. Arduis difficilibus. Arduum enim ſignificat erectum. & quod acclíue diximus: hinc arduam appellamus uiam per quam aſcenditur: & quia aſcenſu tendit ad alta dicimus arduum altum & erectum. Virgilius. Arduus ad ſolem: & linguis micat ore triſulcis. Et quia aſcenſus difficilis laborioſuſque eſt arduum etiam difficile & laborioſum dicimus. Ergo hic arduis difficilibus & duris. Qualis eſt cęcitas: paupertas: exilium & ſimilia. In bonis: quę proxime dictis contraria ſunt. Ab inſolenti Lętia: a nimia lętitia quę quoniam ex rebus proſperis prouenit nos inſolentes ideſt ſuperbos reddit. Sed de lętitia reliquiſque perturbationibus: in quibus modum excedimus latius diſputabitur in ſermonibus: atque epiſtolis. Ergo ab inſolenti ideſt ego ſtienti. Nam ut ait Sal. Quppe ſecundę res ſapientum animos fatigãt nedum illi corruptis moribus uictorię optem perarent alii legunt inſolenti ideſt non ſoluta & conſuęta quaſi dicat o magna: quę raro mortalibus cuenit. Moriture ideſt cui ſit omnino moriendum: ſiue mœſtus uixeris ſiue lętus: Seu mœſtus: ſententia eſt ſiue in rebus aduerſis ſiue in lętis uixeris morituruses. Propterea q; indulge genio & a ſententia quam grauiſſime propoſuit paulatim in epicuream mollitiem labitur. Seu bearis: pro beaueris: ideſt beatum feceris: & ſecundum epicureorum dogma loquitur: qui beatitudinem in uoluptate corporis reponunt. Dies feſtos. Nam in profeſtis feriis eſt incumbendum: & oſtendit etiam epicureos modum in uoluptatibus habere. Remoto ſilicet a frequentia hominum. Nam omnio palam hęc agenda non ſunt: uel dixit remoto: ut magis ex arbitrio ſuo remoto arbitrorum pudore genio indulgere poſſit. Gramine pro omni herba cęterum gramen marti dicatum eſt: quia ex humano cruore oriri creditur: & in cęteris quidem locis illud exilibus foliis exire uidemus. In parnaſo uero: ut ait Plinius: hederacea ſpecie eſt flore que odorato: atque candido. Reclinatum: quaſi reſupinum ad bibendum. Et ſi locus iſte diligenter annoteꝛtur: inueniemus uitam epicuream: quam ipſe ſectam olim tenuerat ad ungem deſcribi. Nam ponit uoluptates:

sed parabiles & faciles & prescripto tempore: quod epicurus fieri multis locis precipit. Interiore nota. Antiqui ita uina in cellis condebant: ut que essent pretinosiora: & ad longius tempus duratura interius reconderent: reliqua magis ad manus exponerent. Preterea dolium notabat titulo quo & tempus in quo conditum esset: & patriam uini describebant. Vnde alibi· Chio nota si cōmixta falerni. & Iuuenalis. Cras bibit albanis aliquid de montibus: aut de setinis cuius patriam titulumq; senectus. Deleuit multa ueteris fuligine testę. Ergo interiore nota: ideſt lagena in interiori parte posita & in qua nota: ideſt titulus sit. Quo in quo gramine & prato. Pinus hęc enim matri deorum consecrata ē. sola pinus cedrus capillata habēt folia. Alba: quia fronde sue interne albę sunt. Arborem hanc hercules consecrauit antiquitas. Consociate amant. atqui pinus campos desideraret populus fluuios. Vnde uirgil. Fraxinus in siluis pulcherrima pinus in hortis. Populus in fluuiis abies in montibus altis. sed & quia in campo pinꝰ: & qa iuxta aquas populus aderat. Hospitalem. quę nobis gratum prębent hospitiu. Fuga x. aquę epitheton est semper enim labitur. Obliquo quasi dicat flexuoso: ut maiorem spectant uoluptatem afferat Differt autem obliquum a transuerso. Nam in corpore quadrato obliquum ē ab angulo ad angulum Transuersum uero a linea opposita ad aliam lineaꝫ Breuis non ad corpus rosę: magnus enim flos ē: ſ̃ q̄ ad tempus breue duret. Dum res scilicet familiaris & ętas scilicet iuuenilis: nam senectus ineptior ad has uoluptates habetur. Posuit igitur illa duo scilicet rem & ętatem: nam & re ueluti instrumento opus ē: & ętate uiridiori quę uoluptatum capax sit. sed quia interuentu mortis etiam hęc non prosunt addidit tertium ipsam mortem. Fili atra. propter mortem dixit atra: aliq̄ atra filia pro infoelici uita. ut alba pro felici uita ponuntur. Iuuenalis Et pelago posta parce meliora benigna Pensa manu ducūt hilares & staminis albi lanificę: Quoniam autem uita humana initium habent progressum & finem. hęc tria per tres parcas antiq̄ notauerūt. Harum nomina sūt. Clotho. lachesis & Atropos. Clotho colum cum penso gestat: ut sit ortus noster: qui materiam uiuendi prębet. Lachesis autem filiū ex penso ducit. Id enim ē tempus illud quod ad uiuendū sortiti sumus. Vnde ipsa ab eo quod ē λαγχάνω ideſt sortior nomen sumpsit. Tertia uero filium iam a lachesi ductum obtruncat: quia abrumpit uitam: mortemq; affert. Ex quo atropos quasi ἄτροπος ideſt sine conuersione dicitur quia immutabilis inflexibilisq; ē mors: nulli enim parcit. Hinc Virgil. Ignoscenda quidem scirent si ignoscere manes. Seruius autem dicit ex iis unam loqui: alteram scribere. tertiam fila deducere. Additq; dictas parcas per contrarium sermonem: quoniam ne mini parcant. Aulus autem. Gellius refert tribus fatis tria nomina esse: & primam dici parcam a parendo: secundam nonam tertiam uero decimam: quoniam aut nono aut decimo mense pariantur homines. Cesellius autem uindex parcarum ponit tria nomina: scilicet nonam: decimaꝫ & mortuam producitq; Liuii poetę uersū. Quando dies aduenit quam pro fata morta ē. Parcas alii dicunt fuisse filias. Demogorgonis. Alii noctis Alii qb⁹ assentiē. Cicero in libris de natura deorum Herebi & noctis filias dicunt.

Saltibus. saltꝰ alii dicūt loca arboribꝰ expedita: qa facile in iis salet. Alii dicūt loca esse siluis circūdata. alii loca angusta & abscisa inter colles. Vir. Cū pater eneas saltꝰ ingressus aptos. Videq; apti uenationi. Vñ nec saltꝰ desint illis: nec lustra ferarū. Enumerat ât hic cūcta q̄ diutē reddere possint. Extructis cōpositis. Vir. Qui forte tapetibꝰ altis exstructꝰ toro pſlabat pectore somnū. Potiet hęres. Ergo ñ tibi: ſ̃ illi laboras. Prisco ſnia ē neq; post mortē ꝑderit tibi accumulatę pecunię neq; in uita cā erūt nec moriaris: qa mors nobilibꝰ ignobilibꝰq; & paupi diuiti cōis ē. Inachꝰ ēt de nobili ponit̄ qa huiꝰ posteri p multa ſecula durarūt: ergo Vir. de turni nobilitate sic ait. Et turno si prima domꝰ repetat origo acrisiꝰ inachusq; pater medię q; mycenę. Inachꝰ ât oceani & terre filiꝰ i fabulis tradit̄. Hic argis regnauit quo tempore apud ebreos floruit isaac abrahę filiꝰ. Pauper & in duas fortunę iniurias ponit: quas uulgus maximas putat q̄ & pauper sit & ignobilis. Subdi. sub aere quasi sine domo: Victima ueluti uictima: que plutoni mactet. Seruius uictimam ait esse qua diis pro hostibus deuictis sacrificat. Hostiam que sacrificat cum sit contra hostes eundum. Ergo uictima gratias referimꝰ pro beneficio accepto. Hostia ut illud accipiamus precamur. Tamen Ouidiꝰ ait. Victima qđ dextra cęcidit uictricę uocatur. Hostibꝰ a domitis hostia nomen habet. Seruꝰ urna Poticę quasi dicat

Eestos reclinatum beatis.
Interiore nota falerni.
Quo pinus ingens albaq; populus
Vmbram hospitalem cōsociare amant
Ramis: quo obliquo laborat
Lympha fugax trepidare riuō
Huc uina: & unguenta: & nimium breuis
Flores armenæ ferre iubes rosæ
Dum res: & ætas: & sororum
Fila trium patiuntur atra.
Cedes cōemptis saltibus: & domo
Villaq; flauus: quam tyberis lauit
Cedes extructis in altum
Diuitiis. potietur hæres
Diues ne prisco natus ab inachō
Nil interest an pauper: & infima
De gente sub diuo moreris
Victima nil miserantis orci:
Omnes eodem cogimur, omniū
Ve sortitur urna serius ocius

sorte ex urna educta moriantur homines. Erat tomę cõsuetudo ꝓpter infinitas poene cãs: ut omnium litigantium noia in urnã cõiicerentur & sorte inde educerent: & quibus primo sortes euenirent illi prius audiebãtur eorumq; lites decidebãtur. Iuuenalis expectandus erit q lites incoet annꝰ: Hoc ergo & Vir. ad inferorũ iudicia retulit: cũ dixit urnã mouet ille silentũ. Cõcilũq; uocat uitasq; & crimina discit. Hoc nũc ad diuersa moriendi tẽpora rettulit. Horatius. Versat sors urnę. i. in urna. n. ursãtur & cõmiscẽtur nomina: ut deinde nõ electione: sed sorte noia eorũ qui mori uri sũt educant. Cymbę: qua charon alias ach̃onte fluuiũ traducimus. Vir. Portior has horrẽdus aquas & flumina seruat Terribili squalore charon. Sed nos i nostris allegoriis in maronẽ scriptis quid sibi illa oia uelint si nõ scientissime. iñ diligentissime demõstrauimus ordo est. Sors exitura & nos ipositura cymbę Ceterũ exiliũ uersatur urna aut serius aut citius.

Sors exitura: & nos in æthernum
Exilium impositura cymbæ

AD XANTHIVM DE AMORE ANCILLAE. ODE. IIII.

DE sit ancillæq; tibi amor pudori
Xanthiæ phoceu: prius insolentem
Serua briseis niueo colore
Mouit achillem:
Mouit aiacem telamone natum
Forma captiuæ dominum tegmessæ:
Arsit atrides medio in triumpho
Virgine raptą:
Barbaræ postquam cecidere turmæ
Thessalo uictore: & adeptus hector
Tradidit fessis leuiora tolli
Pergama grais
Nescias an te generum beati
Phillidis flauæ decorent parentes
Regium certe genus: & penates

DE sit res amatoria & argumentũ comicũ: in quo ꝓbat exẽplo achillis nõ oportere pudore Xanthiũ amoris ancillaris. Amor ancillę ne sit tibi pudori. i. ne pudeat eũ uertedũ tibi ad ignominiã. Ancilla serua & teste seruio dicit ex arei antiqua prępositiõe q circũ significat & cillo: moueo unde & forcillę q illis in area furges moueãtur: & oscilla q ore cillãtur. i. mouẽtur. Sic ancillę: quia circa dominũ: ut illi administrent crebo mouẽtur. Festus tamẽ ancillas dictas uult ab. Anco rege: q is in bello magno foeminarũ numerũ coepat uel q priscis anculare dicebãt mistrare: ex quo diis deq; coli dicunt: quibus anculi & ancule noia sint. Xanthię puto cẽ potius q̃ xanthia ut nõ sit nomẽ phoceꝰ sed phillidis q̃ dicatur phillis xanthia quasi flaua Χάνθος. n. grẽce flauꝰ est. Phoceu uocatiuꝰ grẽcus a noiatiuo remoto φῶκεύς que ὤκεύς Prius insolentẽ arguit ab auctoritate: q locus plurimũ ualet apud indoctos: qui subtiliorũ rationũ capaces nõ sũt: & ẽ argumentũ a maiori. Nã si nõ puduit achillẽ tantũ uirũ ancillã amare multo minus te pudere oportet. Sed de briseide in superioribus dcũm ẽ. Niueo colore ꝓ niuei coloris p anthitosim. Sic Vir. Bina manu lato crispans hasti. i. a ferro. i. lati ferruel uicit achillẽ niueo colore. Mouit aiacẽ. t. n. ad differentiã alterius aiacis: qui filius oilei fuit sic & Virg. ad differentiã huius dixit Et furias aiacis oili Ex Eaco aũt natus ẽ Thelamó & Peleus Thelamó Aiacẽ: & peleus Achillẽ genuit de quibus in supioribus diximus. Pugnauit aũt Aiax cũ Hectore singulari certamine: & cũ iteruentu noctis ęquo marte discessissent mutuis: sed ifocliciſſimis moribus se donarũt Hector. n. balteũ accipit: quo alligatum deinde illũ Achilles ter circũmęnia patriç: ut priamo horrẽdũ cẽt spectaculũ traxit. Aiax aũt ab eo accepit gladiũ quo se ipsũ iteremit. Tegmesse nomẽ captiuę quã amauit Aiax. Medio in triũpho in media uictoria in qua Agamemnoni ex sorte Cassandra serua euenit: de qua potius q̃ de Chryseide uidet intelligendũ qua multe ante expugnatã troiã potius ẽ. Alii legũt in medio triũ pho. i. in medio tpe belli & tũc de chryseide recte itelligemus. Sed non quadrat nęc sniа cũ sequentibꝰ i quibus troię captiuitas demõstrat. Turmę ps ꝓ toto posita ẽ Turma. n. ex triginta equitibꝰ fiebat: & q illi pręerat decurio appellabat: dicit aũt turma ꝓ onomatopiã a strepitu equinarũ ungularũ terrã pulsantiũ: uel a terenda terra. Thessalo ui. Achillẽ itelligit qui ex thessalia urbe lariſſa siue phthia fuit. Victorẽ aũt dixit nõ qui urbẽ expugnarit: nã iã occisus fuerat: sed qui Hectorẽ iterfecit: quo uiuẽte nunq̃ capi potuisset troia: ut referas ad pyrrhũ Achillis filiũ. Nã cũ eẽnt fata nisi ex ęacidarũ genere aliqs interesset nõ posse capi troiã fuit cã Pyrrhus q̃ capet: sed magis q̃drat prior sniа: quoniã statim sequit. Et adeptus hector. q d. ille urbẽ expugnauit: qui troianis hectorẽ ademit: quoniã hector sic adeptus tradidit ꝓgama leuiora tolli. i: faciliora ad tollẽdũ nã ab eo qđ ẽ ἔκδυγι. i. hẽo & defẽdo dictꝰ ẽ hector q̃si defẽsor. Tradidit. i. morte sua hoc euẽit in comodũ. Fessis decẽnali bello & grauibꝰ prelĳs ab hectore editis. Nescias ante occurrit iis q̃ obiici possint. Diceret. n. ille q̃ memoratę sũt puellç: quis captiuę eẽnt tñ ex regia stirpe fuerũt. Itaq; addit poeta hãc quoq; nobilẽ esse. Hoc aũt nõ ꝓbat testimonio: quoniã illo caret: sed ꝓbat a luctu puellę & amoribus qui nõ seruiles: sed in genui regiiq; sint. Beatinobiles & diuites: nã beati esse non possunt. qui filiã in captiuitate habeant. Regium ge. i. parentes regios. Et penates Iniquo. i. deos: in quorũ custodia erat qui iniqui iratique illi sint: quia in seruitutem abduci permiserint. Penates autem proprii romanorum dii erant: sed qui sint uaria opinio est. Nigidius enim requirit num sint dii troianorum Apollo & neptunus: qui menia illos condiderunt. Et num in italiam illos ęneas duxerit. Idemque affirmat Cornelius labeo: quod

exprimere uolens maro dixit. Taurum neptuno taurum tibi pulcher Apollo. Varro autem refert dardanum ex samothracia in phrygiam & eneam ex phrygia in italiam penates detulisse. Sed qui sint non exprimit; sed qui diligentius querunt dicunt penates esse per quos penitus spiramus: per quos habemus corpus: per quos animi rationem possidemus: idest medium ethera iouem. Imum aera cum terra iunonem & summum etheris cacumen mineruam. Afferunt que eius rei argumentum q̄ Tarquinius priscus mysticis samothracum sacris imbutus sub eodem templo eadem trina numina haberet. Gallius uero emina dicit eosdem esse samothracum deos: & penates romanorum: magnosque deos appellari hinc. Virgilius. Cum sociis natoq; penatibus & magnis diis. Vestam etiam aut de numero penatum: aut illorum comitem esse uolunt. Higinius addit penates uocari deos patrios: hinc maro dii patrii seruate domū. seruare nepotem. Ergo in hoc loco penates iniquos: idest deos iratos. Sed quoniam penates pro domibus: scilicet in qua seruit: mobiles foeminę seruilia imponat. Crede coniectura est ab eo quod solet esse. Nam quę ex plebe sunt nō solent iis moribus esse: quibus est phillis. Scelesta apud quam minor est cura pudicitię. Dilectam amatam: uel dilectā: idest electam: ut ostendat q̄ non temere amat seruam mulierem: sed eam quam ratione elegit. Neque uerisimile uidetur: q̄ ex matre pudenda: idest ex matre impudica cuius filia pudere deberet nata sit illa quę fidelis: idest quę fidem in amore seruet: & aduersa lucro: idest quę non cedat lucro: neque pecunia corrumpatur. Permult enim referre uidetur quibus quisque parentibus natus sit: & ubi educatus. Vnde Iuuenalis. Scilicet expectas ut tradat mater honesto animeque alios mores. Fuit utile porro filiolam turpi uetlę producere turpem.

Maeret iniquos.
Crede non illam tibi de scelesta
plebe delectam: neq; sic fidelem
Sic lucro aduersam potuisse nasci
Matre pudenda.
Brachia: & uultum: teretesq; suras
Integer laudo fuge suspicari
Cuius octauum trepidauit aetas
Claudere lustrum

Nondum subacta ferre iugum ualet
Ceruice nondum munia comparis

Teretesque suras. Sura pars posterior ē cruris. Est enim tibia os. Sura caro posterior. Crus uero ex sura & tibia cōstat: dicitur que crus quia illo curramus. Est autem laus in muliere: ut sure minime turgescant: sed teretes sint. Integer laudo cum preferat iudicium suum de pulchritudine puellę comparat sibi fidem q̄ integer sit: neque amore illius corruptus iudicat: ergo ex ratione & non ex perturbatione: & ut ille omnem suspitionem deponat dicit non esse sibi de se suspicandum: quia cum antea uirtutes laudarit integer pulchritudinem laudat. Præsertim cum iam quadragenarius sit: in qua ętate cupiditates iam rationi cedunt. Aetas trepidauit. idest properauit claudere finire octauum lustrum: idest quadragessimum annum. Erat enim lustrum quinquę annorum: nam quinto quoque anno censores censum imponebant: & urbem lustrabant idest sacris purgabant: idque erat lustrum condere. De hoc Virgilius. Veniet lustris labentibus ętas.

DOCET NON ESSE PROPERANDVM AD VIRGINIS OSCVLVM. ODE. V.

Nondum subacta. Rem turpiusculam allegoria honestat: admonetque sodalem: ne eam quę adhuc uiri potens non sit tangat. per comparationem iuuencę quę nondum taurum ferre queat. Nondum tua iuuenca ualet ferre iugum subacta ceruice: idest domita ceruice. Iugum dicitur quo iumenta iungun tur. Item summa montium iuga appellarunt. Virgilius. Dum iuga montis aper fluuios dum piscis amabit. Iugum etiam unde lances pendet. Item in uitibus dicimus iuga quibus uites iungunrur. In nauibus quoque iugales dicta quę transita etiam appellant. Virgilius. Inde alias animas quę per iuga longa sedebāt deturbat. Postremo & apud antiquos sub iugum mittebantur uicti milites. Duabus enim hastis relicto inter se spatio humi affixis tertia superimponabatur: illamque demisso capite uictos subire cogebant. Munia munera. Munus singularem numerum habet & significat donum & officium. Munia autem officia solum & maxime quę publice prestantur. Hinc immunes dicuntur qui uel ętate uel alio priuilegio prestare munia non tenetur. Neque singularem habet hoc nomen: neque in plurali aliter cadit. Comparis enim coniugii munus è commiscere ac libros p creādos. Subacta āt a subigēdo. Subigere āt aliqñ è ex subsū antiqua prepositione: q̄ sursū significat & tūc è ex tollere & implere. Virg. Ipse ratē cōto subigit uelisq; ministrat. Aliqñ è a sub & significat è colore. Vir. Añ iouē nulli subigebāt arua coloni. ubi acuere. Idem subigetq; in cote secures. I de. Tęmaq; trāsierit rutulis hiēna sbactis. itez

Sura
Crus
tibia

Iugum

Subigo

cogere: Idem. Castigat auditque dolos subigitque fateri. Et terram excultam subactam dicimus:similiter ingenium subactum:idest doctrina excultum appellamus. Aequare quasi dicat çquam operam reddere. Virgilius. Aequatquę sichęus amorem. Circa campos est animus tuç iuuencç. Non discedit ab allegoria:ut ponat iuuencá pro puella:& campos quibus delectatur iuuencа pro uoluptate edendi & pro ludo. Vdo quia salicta prata irrigua & flumini uicina adamant. Salicto locum significat salicibus cõsertum. Salices autem dicuntur a saliendo:qui saliũt idest breui surgunt & crescunt. Cum autem a quercu dicamus quercetum:a pinu pinetum:ab çsculo çsculetum:sic a salice debet etiam esse salicetum:sed per syncopam salictum proferimus. Dum uitulis & non cum taurus quia nondum uenere nouit. Prçgestientis uehementer cupientis. Gestire enim est cũ rem adeo uehementer cupimus:ut corporis gestus id ei primentes continere non ualamus. Immitis acerbç:mutat allegoriam:sed idem sentit:ergo ne uelis uesci uuis acerbis:cum paulo post autumnus destructurus sit racemos purpureo colore:idest incipient in autumno uuę maturescere. Non ergo properandum esse in ea re qnç paulo post uentura sit. Iam te sequetur quę nunc acerbitate çratis te refugit paulo post matura ultro petet te. Curet foemininus foetus in matris utero tardius perficitur quoniam materia ex qua fit humidior & liquidior est & propter hoc serius retinet formã. Cum aũt in lucem editus est foamineus partus propter eandem abundantiam humoris citius crescit & celeriꝰ ad maturitatem perducitur: efficiturq; uirpotens duodecimo anno:cũ masculꝰ ũnisi quartodecimo rem pattacc possit Annos quos tibi dempserit idest constituet iam in eo flore in quo tu nunc es qui flos paulatim in te minuetur: ergo addet ętas illi id robur quod tibi demet. Proterua fronte. In fronte dicunt esse pudorem:pudori frontem dedicatam esse uolunt: ergo proterua fronte idest petulanti: ut ostendat illam iam pudorem abiecisse. Contra de Didone Vir. Tum breuiter dido multũ demissa profatur. Halagen uel de qua in superioribus dixit uel alia. Albo humero ut in superioribus. Nube candentes humeros amictus. Nitens resplendens, Sic refulsit çneas:puraq; in luce refulsit. Pholoe.quã Cyrus amabat:sed ab ea spernebatur. Fugax.Summã semp copiam uenale in ax.denotat unde bibax.i qui copiosissime bibit:sic uerax multo plus est quã uerus. Renidet resplendet. Sic alibi renidet in ędelacunar. Vt pũta quemadmodũ luna pura.i nulla nube impedita resplendet in mari nocturno.i.ipsa nocturno tempore resplendet in mari nã si in aqua limpida tranquillaq; lunã cõspicias splendida omnino apparet. Possumꝰ etiã p hyppalagen pferre:mare renidet luna nocturna:nã ex eius lumine repercussum uehementer splendet. Giges nomen pulcherrimi pueri. Gnidius:ex gnido in sula de qua Oui. Piscosamq; gnidon grauidãq; amathunta metallis. Qué scilicet gygem si tu admiscas puellis aut canentibus aut saltantibꝰ falleret.i.deciperet non nos ciues:qui illum cognoscimus:sed hospites:qui quoniã peregrini sunt nõ hactenus uiderunt: nunc aũt cum tanta illi uirginea facie similitudo cum puellis sit poterit haberi pro puella ab hospite etiam si mire sagax:idest solers & acutus ad inuestigandum sit. Id,n,significat fagax qđ nomen nonnulli putant esse a saga. Sagas autẽ ueneficas q̃ cantibus herbisq; pollent ad humanas mentes peruertendas:& alia supra naturã facienda appellamus. Ergo puto esse uerbũ fagire

Aequare: nec tauri ruentis
In uenerem tollerare pondus?
Circa uirentis est animus tuæ
Campos iuuenæ:nunc fluuiis:grauem
Solantis æstum:nunc in udo
Ludere cum uitulis salicto
Prægestientis tolle cupidinem
Immitis uuæ:iam tibi liuidos
Destinguet autumnus racemos
Purpureo uarius colore.
Iam te sequetur curret enim ferox
Aetas:& illi:quos tibi dempserit
Apponet annos iam proterua
Fronte petet lalage maritum
Dilecta quantum non pholoe fugax
Non cloris albo ic humero nitens.
Vt pura nocturo renidet
Luna mari:gnidiusq gyges
Quem si puellarum inseres choro
Mire sagaces falleret hospites
Discrimen obscurum solutis
Crinius ambiguoq; uultu:
Septimi gades aditure mecum:

Vnde fiat pręsagire quod significet calide sentire:& inde: sagax. Vnde & canes odorinseci sagaces appellamus. Vel dixit hospites quasi domestices:ut etiã eos qui candẽ domũ habitent fallere possit. Discrimẽ obscurũ.i. nõ intellectũ & nõ cognitũ Est quidẽ discrimẽ.i differentia inter puerũ & puellam:sed in hoc puero adeo obscurum latensq; erat ut uix cognosci posset.& qa crinibus utebat lõgis solitusq;:puellę & qa erat illi facies adeo ambigua:ut certũ ee puellę an pueri uideret. Sũtq; hęc educta d achille iter uirgines lycõdis latitãte AD SEPTIMVM CODE, V Septimigades. Ad amicũ scribit & agrũ suũ laudat:ut illi applaudat. Gratissimũ,n,hõi ẽ ut id laudemꝰ quo ipse maxime delectatur. Septimi gades aditurę mecũ oñdit quãtũ a Septimo amet. Et occulę demõstrat q uerus

amicus sit cum nullum laborem nullumq; periculum amici causa recusaturum. Sed illum & in longinquissima loca ut gades sunt: & in periculosissima: syrtes prędicant propter naufragia: & in cantabros propter illius gentis crudelitatem iturum. De gadibus autem in ultima hispaniç insula & de syrtibus dictum est. Cantabri uero populi sūt hispaniç in mediterraneis per quos fluit hiberus ferocissimi qui nunquam ante augustum populum romanum paccati ser uierunt. Ipse tandem subiugauit. Vnde in sequentibus. Scruit hispaniç uetus hostis orç. Cantaber sera domitus catena. Indoctum. quoniam nondum sit assueti imperio romano. Maura unde quia sunt in mari mauritano.

Cantabrum indoctum iuga ferre nostra: &
Barbaras syrtes ubi maura semper
Aestuat unda:
Tibur argeo positum colono
Sit meæ sedes utinam senectæ:
Sit modus lasso: maris & uiarum:
Militiæq;
Vnde si parcæ prohibent iniqnæ
Dulce pellitis ouibus galesi
Flumen & regnata petam lacono
Rura phalanto:
Ille terrarum mihi præter omnes
Angulus ridet: ubi non hymeto:
Mella decedunt uiridiq; certat
Baccha uenafro:
Ver ubi longum: tepidasq; prebet
Iuppiter brumas: & amicus aulon

Aestuat. quia assidua reuolutione harenarum semper uelut feruens exundat. Tibur argeo. qđ condidit Tiburtus argiuus de quo iam dictum est.

Colono nam argiuorum colonia fuit. Sed de iure romano differūt coloni & mūicipes. Municipes enim erant dicti a muneribus capiendis. Munera autem honoraria intelligamus. Capiebant enim munera populi romani non dannosa. ut ē collatio tributorum & similia: sed quę ad honorem pertinerent. Erant ergo donati ciuitate municipes: sed alii erant cum suffragiis: idest ut cum rome essent una cum ciuibus romanis irent in comicia: & suffragia redderent. Aliis autęm nō licebat reddere suffragia. Erant preterea imunes ab omni tributo unum quęq; eorum fundus populi romani factus ē: & nullis erant populi romani legibus astricti: sed suis municipalibus legibus uiuebant. Primi autem omniū ciuitate romana donati sunt Cerites pro sacris bello gallico receptis custoditisq;: sed sine suffragii iure. Hinc cerites tabulę in quibus censores ascribebant: quos note causa suffragiis priuassent. coloni autem alia ratio erat. Naq; coloni ciues erāt romani ad aliquam urbem habitandam missi. Hi non propriis institutis: sed populi romani legibus uiuebant. Erant ergo magis obnoxii: quam municipes: sed tamen quoniam simulachrum quoddaq; apparebat romanę reipublicę prestantiores habebantur coloni quam municipes. Dicuntur prēteria coloni agrorum cultores. Virgilius Vt quantus auido parent arua colono. Columella in libris de agricultura pro eo ponere uidetur qui non suum: sed alienum agrum colat: partem tamen fructum domino daturus. Sedes proprie uidentur esse domicilia & loca in quibus habitare decernimus. Iuuenalis. Qui sedeq; figere cumis destinet: atque unum ciuem donare sibylle. Virgilius Tendimus in latium sedes ubi fata quietas ostendunt. Nam ubi sedemus sępius sellas & sedilia quam sedes appellamus. Sit. modus. sit finis Iuuenalis Imponitq; modum sapiens & rebus honestis. Lasso. ad corpus refertur. fessum autem potius de animo intelligimus. Virgilius Quo rapitis fessum fabii. maris nauigationis. Viarum terrestris itineris. Et militię: nam militiam quoque exercuit: ut iam demonstratum ē. Vnde. a quo si parcę inique prohibent: idest parcę quę essent iniquę si prohiberēt

Galesus. fluuius iuxta tarentum ubi pro pasturę copia uel dulcedine lanę maiores fiunt Virgilius. Qua niger humectat flauentia culta galesus. Quibus. a greco nomen ē interposita. u. consonāte. Laconi Phalanto. Virgilius Hinc sinus herculei si uera ē fama tarenti. De hoc & de partheniatis in superioribus habūde dictū ē. Ridet. dat quod ē hominis propriū inanimate rei: sed ē quędā simulatudo. nā cū se offert lęta agrorū amenitas redire dicimus. Vir. Omnia nūc ridēt: at si formosus alexis. Montibus his abeat uideas & flumina sicca. Hymeto. in quo monte propter copiā thymi multū: idemq; optimū męl nascit. Est āt mons iste in actica regione. Vnde ēt marmor quod i prēcio esset excedebatur. Primus āt crassus orator. l. colūnis hymettis a triū exornauit: neq; ante illum qsuq; externa mora rome habuit. Ob id. m. brutus illū uenerē palatinā appalauit. Ferūt & in hoc mōte nasci herbā quā mulieres ut ardētius a uiris appetant brachiis alegatā gestāt. Bacca. in fructibus arborū ē in oliuis cerasis cornis: lauris: myrtis lēti sco agfolio & similibus Prēterea uniones baccas appellāt. Vir. colloq; monile baccatū: Bacca āt cū aspiratione sacerdotem bacci nominat. Acini uero sunt in uuis hedera: sābuco: ebulo: malo punico & similibus. Bacca ergo in hoc loco oliua ē. Certat Venafro elegāti q̄ si dicat certat cū uenafro. Suia ē qp oliuę huius agri ęqparari possūt iis quę criūtur in uenafro. Est āt uenafrū opidum post minturnas: unde ē optimū oleū. Ver ubi longū. Ver nō excedit spatiū trium mensium: sed dicit longum quia & in hyeme tale temperamentum cris ē: quale solet esse in uere: unde addit tepidas hyemes. Sic. & Virgil. Atque alienis uersibus cstas. Brumas. i. hyemes: nam bruma dicitur quasi brachime ra. idest breuis dies. Est autem brcuissimus cum sol attingit primam partem capricorni: in qua cst initium hyemis

quę perdurat usque ad ingressum solis in arietem in quo incipit uer. Aulon.mons calabrię uiuitibus refertus. Ille locus.ubi hęc omnia sunt. Arces.montes dicit beate fertiles. Ille igitur arces beate postulant te mecū. Nam cum amicus sis:& amicorum officium postulet:ut ad loca & longinqua & periculosa amicum prosequantur:tanto magis ad propinquia:& foelicia & tuta mecum uenies. Arces.de quibus iam diximus. Fauillam.cinerem extinctū dicimꝰ scintillā accensā. Calentem.nup exustā. Debita lachryma nā tenetur amicꝰ amici funꝰ lachrymis ꝓsequi.

ASępe mecum tempus. Congratulatur Pompilio:qui comilito sibi in castris brutianis fuerit:quod tādem per cula euaserit & ab augusto ueniam sit assecutus. Ordo o Pompili prime meorum sodalium deducte mecum in ultimū tempus ides inipsam mortem quis redonauit te quiritem. In ultimum tempus ad mortem quod est ultimum tempus homini. Quis cū admiratione q.d.multum ualuit ille amicus.Sic uirgilius. Quis te nate dea per tanta picula causa Insequitur. Redonauit optime Nam primo natura te patrię ciuem fecerat. Deinde hostis iudicatus ciuis esse desieras Nunc uero restituturus rursus ciuis patriq donatus es. Diis patriis qui uariis locis celebrantur. Quiritem ciuem romanum:ut iam expressum est.

Fertilis baccho minimū falernis
Inuidet uuis.
Ille te mecum locus & beatæ
Postulant arces:ibi tu calentem
Debita sparges:lachryma fauillam
Vatis amici.

Ad pompilium uarrum. ode.vi.

ASæpe mecum tempus in ultimum
Deducte bruro militiæ duce
Quis te redonauit quiritem
Diis patriis:italoq; cælo.
Pompili meorum prime sodalium:
Cum quo morantem sæpe diem mero
Fręgi coronatus nitentes
Malobrato syrio capillos
Tecum philippus:& celerem fugam
Sensi relicta non bene parmula:
Cum fracta uirtus & minaces turmæ:
Turpe solum tetigere mento.
Sed me per hostes mercurius celer

Prime in ordine:uel prime optime:ut Vir.Primisq; iugaret omnibus. Fręgi dicm Morantę. quasi dicat consumsi:uel diuisi quasi ad sextam horam Mero in mero ides in conuiuio. Coronatus.ostendit lautiora cōiuia celebrasse:nam in iis coronari discumbebant. Coronatus capillos:per synecdochen quasi dicat habēs capillos coronatos ut oculos suffusa nitentes. Nitentes silicet malobrato id enim unguentum est quod syrii conficiunt. Philippos.prelium in philipicis campis. Hi in thessalia sunt regio equis amica unde philippos dictos uolunt nam φίλος amicus est:& hippos equus:uel sic denominati ab eorū antiquo rege. Sūt autem philippi in pharsalia & in his primo a Cęsare & a Pompeio:deinde ab Octauiano Antonioq; atq; Cleopatra:& a Bruto & Cassio pugnatum est. Virgilius. Ergo inter sese paribus concurrere telis. Romanas acies iterū uidere philipi. In hac acie cum plagam Brutiani accepissent poeta sibi fuga salutem peperit. Parmula diminutiuū a parma: hęc autem breue scutum est quo pedites utebantur. Virgilius. Parmaque inglorius alba. Non bene indecore & turpiter.Summum enim dedecus erat militi: si illius armis hostes potirentur:Itaque legitur de thebano Epaminunda cum in bello aduersus lacedęmonios apud Mantineam gesto uulneratus ex acie in castra relatus esset antea quam hasta e corpore educeretur interrogauit an clypeus suus saluus esset:& an hostes fusi fugatique essent:& cum utrumque ex animi sententia audisset hastam euelli iussit.

Fracta uirtus non admit uirtutem brutianis:sed ostendit maiorem in cęsarianis. Minaces.propterea turpe proteturpiter ceciderunt:quia minaces erant.Nam turpe est homini uinci cum minatus fuerit:uel dicamus turpe solum idest cruore foedatum. Mento:cum mento. Dicitur autem mentum ab eminendo:a;gula enim eminet. Tetigere quasi dicat oppetiere,nam oppetere est terram ore petere:quod est uirorum fortium:qui morientes mordicus humum apprehendunt:ne uocem uiro indignam emittant. Vnde Luc. Qui timuit nequas emittere uoces. Vellet & eternam fletu corrumpere famam. Celer.quia & uelocissimi cursus est Mercurius:nam illum nouem dies ante quam sol percicit:& etiam alatus pingitur. Dicit autem se a Mercurio adiutum:quia clam & subito aufugit:uel quia pocię in tutela Mercurii sunt:uel quia in geneli sua aliquo maligno planeta ad interitum ducebatur:nisi in eo loco situs fuisset Mercurius:In quo illius malignitatem frangeret.Nam malorum perniciem boni planctę tollunt:Hinc Persius, Saturnumq; grauem nostro ioue frangimus una.Potest etiam intelligi quod quemadmodū Mercurius deorū nuntius

est:sic poeta aliquo amico internuntio in gratiam Cesaris uenit.quē ipse pro deo colendum putat. Denso aere.i.nube:q̄ acr desior ē.Sic Vir. At uen⁹ obscuro gradientes aere sepsit.Sic Homerus uenerē fugit: q̄ eneā nebula septū de manib⁹ achillis eripuerit. Rursus.uel in eadem acie & prelio:uel qa ad sextū Pompeū post illam pugnam se contulit

Vnda resorbens:translatio ē ab mūdatione maris:q̄ cum refluat retrahit & resorbet quę expulerat. Fretis estuosis per freta estuosa:illis enim comparat bella & forte alludit ad proelium sex. Pompei cōmissum in freto siciliç. Redde tanquam debitū. Obligatam.s.ex uoto. Dapem.sacrificium:suus enim deorū dapes. Latus totum intelligit corpus:sed defatigatio maxime in latere sentitur.

Denso paratum aere sustulit;
Te rursus in bellum resorbens
Vnda fretis tulit æstuosis;
Ergo obligatam redde ioui dapem;
Longaq; tessum militia latus
Depone sub lauro mea;nec
Parce cadis tibi destinatis
Obliuioso leuia massico
Ciboria exple;funde capacibus
Vnguenta de conchis;quis udo
Deproperare apio coronas
Curat ue myrto,quem uenus arbitrum
Dicet bibendi,non ego sanius
Bacchor edonius recepto
Dulce mihi est furere amico;

Ad iuliam barinen; Ode.VII.

Vlla si iuris tibi peierati
Poena barinæ nocuisset unq̄
Dente si fieres niger;uel uno
Turpior ungui;
Crederem;sed tu simul obligasti
Perfidum uotis caput enitescis
Pulchrior multo;iuuenumq; prodis
Publica cura;
Expedit matris cineres opertos

Sub lauro mea,sub meo augusto:q lauro ob uictorias insignit⁹ ē uel sub meis carminib⁹;nā & triumphanti & poetę laurus datur. Leuia polita.Contra aūt ē;atq; asperasignis. Ciboria alexandrina folia simillima collocatis:in quorū similitudine facta folia eorum nomine appellantur.alii dicunt cibaria ut sit e. ple cibaria uino tāquā cibum poculis pensaret. Massicum.a massico campaniç monte: unde illud:Vertūt focicia baccho massica q rastris. Obliuioso.quod curarum obliuionem inducit. Conchis:quia in testis conchilium unguenta seruabant presertim in iis in quib⁹ uniones concipiuntur. Deproperare,ualde properare i dest propere ranter facere Virgili. Hęc properans iter ad naues tendebat acathes. Apio.quia ea herba ebrietas uitatur. Udo.quia in locis humidis nascaē. Quis Interrogat cum exhortatione. Mirto,propter uenerem dixit;nam illi dedicata ē arbor. Quis arbitrum hic dabatur in iactu talorū:ut esset arbiter ad bibendum. Veneris autem latissimus iactus habebatur:q habebat tricenariū numerū.Plaut⁹ in asinaria Hoc uencreū ē pueri plaudite & mihi obiactum cātharo mulsum date. Bacchor.insanio ut ē de more bacchātium. Edonius,thracię hi populi sunt;sed pro omnibus thracibus posuit: quoniam Orpheus apud illos liberalia instituit. Dulce ē furere:suauis res ē uehementer letari.

Vlla Si uiris Tibi, Exprobat barinę perfidiaq; quod ea quę iureiurādo pmiserit non obseruet:& cum admiratione quęritur qđ quāto magis piura ē:tāto in dies pulchrior efficit: quasi dolens quod dii humana curare non uideantur.Cum sua pulchritudine & ueteres amatores retineat: & nouos sibi quotidie comparat. Barinę. n.u. ex greca declinatione quę in genitiuo in ex:in accusatiuo in en:in reliquis casibus in e longam terminat.Nam grece ē per.H. ut βᾶ pūvĥ. Iuris peierati.iurisiurādi non obseruati:nam peierare ē iusiurādū rumpere;& fit ex per & iuro sed.u in e mutatur & subtrahitur in uerbo:in nomine autem manet:nam dicimus periurium & non peierium. Dente niger uel uno.q.d.si minima corpis parte fieres turpior ego crederē deos curare humana,Ergo sequit qđ cū hoc non fiat nō credat. Obligasti caput.i.obligasti te uotis:idest ad uota redenda:nā q uouit debitor uoti efficit. Vel potiꝰ obligasti caput pfidū uotis,i.reddidisti obnoxiū caput,i.uitā.qa usus es pfidia in uotis.Cōtrariū ē soluere uota. Perfidū. qa fidē fregisti. Publica cura.publicꝰ amor:nā oēs tuo amore ardēt.Oñdit āt in hoc loco naturam amantiū;q q̄to infoelicio res sibi res sūt in amore:& quāto magis decipiunē:tanto sibi quā amāt pulchrior uidet.

Prodis in publicū egrederis

Expedit utile ē. Verbū āt ipsonale ē,pcrē q cū sūma admiratione & quęrele:q id sibi pfit qđ sūmopere nocere deberet:& qđ pulchritudinē qđ ē maximū in muliere prēmiū p poena accipiat.Expedire āt cū psonale ē nōnunq̄ significat liberare. Vir. Flāmas inter & hostes expedior. Ité pmere. I dē Cereréq; canistris expediūt. Ité extollere. I dē tum uero auguriū rutili clamore salutāt.Expediūtq; manꝰ. Ité breuiter enarrare. Fallere.Ci.m.cū pillā iuras deiū cōtra iusiurādū facis. Auget āt crimē.q ñ mō matrē fallat:sꝫ emortuā matrē inio cineres iā sepultos quos i maiori ueneratione esse oportet ueluti rem religiosā. Hoc efficaciter dolet. Dido uirgiliana.Nō seruata fides cineri pmissa sicheo.

Optos,urna cūditos.Erat āt hoc apud priscos haud cōtēnēdū iusiurādū. Vir. Per patrios cineres p spes surgentis iulii

Item Iliaci cineres & flamma extrema meorum teſtor in occaſu ueſtro & Signa taciturna noctis cum toto cęlo mon
oratorio tendit ad grauiora. Non.n.ſolum fallit mortales ſilicet matrẽ: ſed & cęleſtia: quoniã ipſa ſidera: ſed denięq; ip
ſos in mortales deos. Signa in cęlo omnes imagines expluribus ſtellis cõfiguratas ſigna appellant: recipue aũt illa
duodecim q̃ in zodiaco ſũt. Non aũt ſola ſigna fallit: ſed etiã totum cęlũ. Refert aũt Plinius ſeptuaginta duorũ ſignũ
cognitionẽ habere aſtrologos: in quib⁹ ſit mille ſexcentę ſtellę. Taciturna nõ dixit cõtra Platonẽ cuius opinio eſt q
ſinguli ſpęrarũ motus ſingulos ſonos efficiant ut latius cũ eſt de muſis diſputatũ e⁹ preſſimus: ſed dixit taciturna qa
in ſola nocte apparent: in qua oia tacent. Nam in
terdiu nõ apparẽ: quia ſolis ſplendore hebeſcũtun
de addidit. Noctis nõ quia ñ ſemp ſit: ſed quia ñ
niſi in nocte uiſũtur. Gelida ab effectu. Arõ aũt
per hippalagen dixit noctis taciturnę. i. ſecretę &
ſilentis: ut Vir. & taciţ p amica ſilentia lunę: ac ſi
diceret omne mundi maieſtatẽ in ſacramento uo
cari. Ridet oſtẽdit quare ipune periura ſit. Nam
uenus in cuius tutela illa eſt: & ipſe nymphę faci
lia numina ſũt & de nymphis. Vir. Et quo ſed
faciles nymphę riſere ſacello. Simile & illud eſt
apud Ouidũ Iuppiter e cęlo piuria ridet amantũ
ergo ſimplices quaſi faciles ad ignoſcendũ. Sic alibi
fac les uenerare napeas. Inquã. q.d. ego hoc aſſe
uero. Ferus cur ergo r de⁹ quoniã cũ ſit fe⁹us in
amantes gaudet illos ludi: uel di it ſerus quia non
ignoſceret: niſi ſequeret uenerẽ. Sagittas a ſatis
& ictus d citur. Ad longũ. n. ſpatiũ pfert ictũ ſuũ
Quoniã aũt ẽ ſagittis uulnerare: & facibus utere
d cit cupido utrumq; cõplexus ẽ: nam ardentes ſa
gittas & cotẽ cruentam dixit Cote cruenta ideſt
ſagittas cruentas acuit cote: uel dixit cruentã cotẽ
quaſi aſperã ſanguine ſagittarũ: q̃ in ea acuuntur
Cotem aũt ſpẽm lapidis dicunt. in qua cõmode fer
rum acuitur. Ipſe alibi Fungar uice cotis acutum
redere quę ferrũ ualet expers ipſa ſecandi. Adde cũ admiratione pferendũ. Non.n. ſatis eſt quod impune peccet: niſi
etiã aſſit peccato prẽmium ſilicet ipſa pulchritudo. Verum quod pro monſtro ſit quanto perfidior eſt: tãto maior ama
torum numerus apparet. Omnis. p. tibi creſcit. q.d. omnes qui creſcunt: & creſcendo in ętatem ueniunt amori aptã tui
futuri ſunt: neq; e⁹emplo eorũ quos luſiſti deterrentur. Pubes hęc iuuentus eſt: ſed de pube iam d ctũ eſt. Hinc eſt
hic & hęc pubes huius pubis ſecundum Cęſarem. Caſſius aũt facit & hęc puber puberis: Alii autem hic & hęc pu
ber puberis. Sic eſt impubis huius impubis Vnde impubis iuli: & Horatius di it impube corpus. Cicero aũt in quar
to inuectiuarum filiumq; eius impuberem legatum a patre miſſum. Ergo impubem dicimus ab eo qđ eſt pubes: & im
puberes ab eo qđ ẽ puber. Pubes iuuent⁹. Sic Vir. Haud aliter pup⁹ eſq; tuę pubeſq; tuorũ: Puberes igitur qui ad eã
ętatem deuenerunt in quibus ſunt pili: Impubes quibus adhuc inueſtes ſunt. Seruitus turba ſeruorũ & iure dixit
quia paulupoſt dixit dominã. Impie quia periura. Tectũ ideſt domum: reſpexit autem conſuetudinę amatorũ qui
circa amicę domũ ſemper ſũt: ut ait ille Plautinus. Hic eſt ille angulus ubi diem omnẽ operã omnẽ meq; ipſum contri
ui miſer Sępe minati. Demonſtrat ſummã miſeriã: non.n. nõ abeunt: quia no dolcant: nã nõ eſſent infoelices: ſed qa
cogit illos amor omnẽ difficultatẽ omnẽq; indignitatẽ perferre. Quid ergo miſerius q⁹ n⁹ libeat illis id qđ infimę cõ
ditionis ſeruis licet: ſcilicet fugere. Te ſuis matres exaggerat quãta ſit amatorũ turba: cũ ipſa petatur: & a tenellis q
adhuc in materna potius q̃ in paterna poteſtate ſint: i circoq; appellat iuuencos quaſi qui adhuc matrẽ ſequantur.
Te ſuis oſtendit. n: q⁹ timent de illorũ ſalute a meretrice uoreẽ. Te. ſ. p. Iſti aũt nõ tam de ſalute filiorũ q̃ de patrimonio
timẽt. Miſereq;. n hę zeloti pia mouetur quę maxime torquet nouas nuptas: quę nuper aſſuetę amori perdite amãt:
& ob hoc miſere. Aura nitor a ſplendore auri: uel ſecundum Acronem auri ideſt facilitas: qua in amorẽ trahun
tur amantes: aut unguentorũ odor qui aura a⁹ narę perfertur.

Fallere: & toto taciturna noctis
Signa cũ cælo gelidaq; diuos
Morte carentes
Ridet hoc inquam uenuſ ipſa rident
Simplices nymphæ. ferus & cupido
Semper ardentes acuens ſagittas
Cote cruenta.
Adde quod pubes tibi creſcit omnis.
Seruitus creſcit noua nec priores
Impiæ tectum dominæ relinquunt
Sæpe minati.
Te ſuis matres metuunt iuuencis
Te ſenes parci: miſereæq; nuper
Virgines nuptæ: tua ne retardet
Aura maritos.

AD VALGIVM FVREM NE DIV DOLEAT. ODE. VIII.

NOn ſemper. Valgiũ utrũ doctũ atq; cõſularem morte pueri cõſolatur: Demõſtrat. n. nõ ſemp lugendũ: ſed oĩum
rerũ fieri uiciſſitudinẽ. Non ſemp imbres manant: i. fluũt in agros. Hiſpidos. i. rubis fructicibuſq; & ſimilib⁹
rebus aſperds. Nec ſemper pcellę inęquales: quia undatim irruunt. Eſt aũt pcella ſecundũ ſeruiũ aqua uero admixta
Plinius aũt dicit eſſe repentinos flatus: qui exalante e terra gignunt uentos: qui maiore illati pondere incurſi q⁹ ſi la
te ſiccam ruperint nubem pcellam gignunt q̃ grẽce cenephias dicitur. Hic coepit p uehement⁹ori uento. Vexat. i

recte maronem defendit Gellius in eo uersu Dulichias uexasse rates: ubi anneus comut⁹ nimis leuem significatum habere in eo monstro dicit. At Gellius ostendit eé a ueho in quo iam uis inest alieni arbitrii. non enim sui potens é qui uehit. Vexare autē q̄ ex eo inclinatū é ui atq; motu augeāt: nā q ferē & huc illuc distrahit uexari dicit. Sicut tassare pressi⁹: crebriusq; é q̄ tāgere. Hic cato i oratione p acheis cū hānibal terrā italiā lacerauerat atq; uexarat Cicero in uerrem. Quę ab isto sic spoliata: atq; direpta é: ut nō ab hoste aliquo: ſ3 ut a barbaris pridonib⁹ uexata eé uideat. Caspiū m. qd caspii populi circū habitāt. Stat: uel horret: ut stat ducta sortib⁹ urna: uel stat quia aqua q̄ ex sua natura semper fluit: cū cōgelata é: stat: Aquilonib⁹: hic uent⁹ a uehentissimo uolatu instar aquile appellat. Aquila aut ab aquilo colore q fusc⁹ & subniger é uocat. Gargani: hic mons apulię é: i quo fuit sipont⁹ urbs, & arpi a Diomede cōditi: & in quo anno salutis trecētesimo octogesimo primo appuit michael archāgelus. Orni: mōtāne arbores sūt: Vir. Descendere mōtib⁹ ornos. Viduant. priuant. Flebilibus. m i. carminib⁹ q̄si elegiacis. Fuit. n. Valgi⁹ poeta haud contēnēdus. Mysten: nomen pueri a Valgio amati. Vespero: stella ueneris é. Hęc cū solē prēcedit lucifer dicit: & ante ortū solis apparet i oriēte: cū subsequit. hesp uesp & hesper⁹ uesperusq; appellat: uidetq; i occasu statim postq̄ sol occidit primusq; pythagoras eādē esse stellā deprehēdat hesperū & lucifērū. In lucifero: colorē gaudētē: in hespero fulgētē uidem⁹. Nunq̄ a sole longi⁹ gradibus q̄draginta sex discedit. Genitalis roscida p spa & salutaris est. At oūderat fieri mutationē in reb⁹ naturalib⁹. Nec idē phat hoium exēplis. Senex. Nestor de quo iā dictū é: quē ad tertiā usq; ętatē uixisse ferūt. Induxit ā exēplū senis cū senes ipatiēti⁹ filiorū mortem ferāt: qa in illis reqē suę senectutis sperarēt. Amabilē. Ergo magis dolēdū. Antilocū: hic fili⁹ Nestoris ex Eurydice fuit ab Hectore in proelio cęsus. Oui. Siue qs antilochū narrabat ab hecto eu ectū Antilochus nostri cā timoris erat. Impubē. imberbē inuestē cui nōdū barba exorta esset. Erat. n. lugēdus & qa fili⁹ & qa bon⁹ fili⁹ & qa adolescēs: cū illa ętas ēt externis lachrymis excutere posset. & tamē luctui modū iposuit. Ergo & te idē facere decet: cuj⁹ amiseris nō filiū: ſ3 seruū. Troilū: q puer adhuc ab Achille in pugna cęsus é. Vir. Parte alia fugiens amissis troilus armis: Infoeli puer atq; ipar cōgressus achilli. fili⁹ fuit priami. Desine moll. q. i. a mollib⁹ q̄rellis: cōstructio greca & poętis potiꝰ: q̄ ęteris scriptoribꝰ cōcessa. Molliū: ergo nō ad uirū ptinētiū. Tādē. post diuturnū luctū. Cātem⁹. lyricis. carminib⁹. Noua. nup parta uel magna & mirabilia & alludit ad duo illa diuersa trophea de quib⁹ dixim⁹. Trophea apud grecos fuerūt argores āputarę in eo loco ubi hostes uicissent atq; i fugā uertissent: dicta ab eo qd é τ῀ πξ ξίν. i. uertere. āputabāt. n. ramos arborū ac deinde armis spoliisq; hosti destractis ornabāt ut eēt posteris monumētū uictorię in eo loco ptę. Deinde ēt sūt coepta poni i mōtib⁹ & locis eminētioribꝰ. Hinc Salustius de pōpeio ait q̄ de uictis hispanis trophea in iugis pyrenei mōtis posuit. Nyphatem. fluui⁹ scythię ex monte ciusdē noīs fluit. Sūt q illū pthis: sūt ēt q icolis ascribā. Vir. Addā urbes asię domitas pulsūq; nymphātē: poetę ât dant quodāmō sesū flumib⁹ ut se uictos fateant. Vir. Euphrates ibat iā mollior undis: & alibi: pōtē idignat⁹ araxes. Minores uertices. minores undas tanq̄ q se uictos cognoscāt. Gelonos. inter budinos scythię populos geloni sūt grecorū colonia apud quos oia & publica & priuata ędificia ligneā erant. His uictis augustus terminum ut ait porphyriō prę scripsit quem egredi uetarentur. Exiguis cā. breuibus finibus. Equitare. uagari.

Vsq; nec ameniis in oris
Amice ualgi stat glacies iners
Menses per omnes: aut aquilonibus
Querceta gargani laborant:
Et foliis uiduantur orni;
Tu semper urges flebilibus modis
Mysten adeptum: nec tibi uespero
Surgente decedunt amores.
Nec rapidum fugiente solem:
At non tener æuo functus amabilem
Plorauit omnes antilocum senex
Annos: nec impubem parentes
Troilum: aut phrygiæ sorores
Fleuere semper: desine mollium
Tandem querelarum: & potius noua
Cantemus augusti trophea
Cæsaris: & rigidum nyphatem
Medumq; flumen gentibus additum
Victis minores uoluere uertices
Intraq; præscriptum gelonos
Exiguis equitate campis

Ad licinium murenam optimum mediocrem statum. Ode. VII.

REctius uiues licini neq; altum
Semper urgendo: neq; dum procellas

Rectius uiues. Docet nō beata uiui nisi animū ita intra fines mediocritatis cōtinēam⁹: ut nullis cupiditatib⁹ distrahamur. Hoc p metaphorā ex nauigatione oūdit. Nā uita nostra nauigationi simillima é: q̄ nisi rōne ueluti optima gubernatrice admistrē turbulētissimis pturbationū fluctib⁹ obruamur oportet. Rectiꝰ. ergo foelici⁹: ca. n de mū recta uia é q̄ ad foelicitatē ducit: q̄ oēs assecq cupiūt: ſ3 alii in alia rę illā sitā putāt. Altū. i. pfūdū: ut semp maxima

petamus. Littus ideſt ne ita ad infima & ſordida deſcendamus ut nulla dignitatis ratio habeatur. Proceſſas.gra uiores cautus ideſt qui cautus eſſe cupis & eſt ſententia ne dum alterum extremum uitare uolumus in alterum incidamus. Auream: pretioſam & ut aurũ cęteris metallis ſic ipſam cęteris in uita rebus preferendam ſordibus pro paupertate: in qua penuria rerum ſordes uitare non poſſumus alibi pro auaritia: ut demonſtratum eſt. Obſoleti i qualidi. Ea enim obſoleta dicimus quę iam trita & uetuſtate conſumpta in deſuetudinem uenerunt: ąuis uerbum ſecundum nonnullos nõ ſit a ſoleo ſed ab olęo: nã hęc iãſuũ odorẽ amiſerunt. Caret ergo ſordibus ſ; ſi ſobrius eſt caret. Aula inui ideſt domo nimis magnifica & ita ſplendida ut regia aula: poſuit aũt aula pro nimio exceſſu in domo & in uictu & in omni apparatu: q̃ cuncta ñ ſine inuidia nobis cõparamus: quę quoniam uehementer nocet eſt euitanda. Inuidenda ergo de qua inuidia ſit habenda: nam dicimus inuidere tibi tuã ſortem. Vir. Liber pampineas inuidit collibus umbras. Hanc aũt mediocritatem athenienſis ſolon foelicitatem habere poſſe Croeſo lydorũ reg dmõ ſtrauit: nam cum hoſpes regis eſſet uir ſapiens & illi Croeſus diuitias opeſq; ſuas & infinitas & uarias & pulcherrimas oſtentaret: neq; tamẽ illas admiraretur ſolon, interrogauit rex quẽ ergo foelicẽ puta et. Tellũ inquit athenienſem qui domunculã in ſuo agro haberet: & illũ tantum ut familię uictum ſuppeditaret eoq; ille uiueret cõtentus omni inuidia amota. Quam ſniãm tum demq; approbauit Croeſus: cui ſe regno priuatũ uidit. Sępius alia metaphora idẽ oſtendit. Sperat infeſtis oſtẽdit oportere animũ ſapiẽtis ita ſe habere: ut in mediocritate ſe cõtineat & rebus ſecũdis ad uerſas & ad uerſis ſecũdas euenire poſſe arbitretur: ut nihil illum incautũ iprouidũq; oprimat: ſed aduerſus oẽs ſuos ictus armatũ fortũa inueniat. Sperat ifeſtis. i. aduerſis. Alterã fortẽ. i cõtrariã. ſ. ſecundã. Et ſecũdis met alterã. ſ. aduerſã: ergo repete bis alterã. Sortẽ quia a fortuna huiuſcemodi res ſortimur. Bene. p. nã cum rerum humanarũ fragilitatem & fortunę temeritatẽ conſideret oia quę euenire poſſunt premeditat. Informes turpes uel magnas & idem iuppiter ſũmouet: ergo non ſemp miſeri ſũt miſeri. Olim in futurũ: ſic Vir. Olim quęcũq; dabunt ſe tẽpore uires. Cithara. t quẽ admodũ iuppiter qui aer eſt nõ ſemp inducit hyemes: ſed poſt illas infert mitia tẽpora ſic & apollo nõ ſemp arcu ferit: ſed illo poſito demulcet lyra. Reb⁹ anguſtis cõcluſio aurea & ex itima ueraq; philoſophia ꝓmpta. Nã foelices in uita nunq̃ erimus niſi naturę q̃ puis minimiſq; cõtenta eſt obtẽperem⁹. Deinũ res anguſtas & difficiles forti & inuicto animo pferamus: & ſecũdis nullo pacto efferamur: neq; itumeſcam⁹. Animoſ⁹: plenus aĩo. i. fortitudine: qđ ut interpretaret fortis dixit. Et rurſ⁹ cũ uela turgẽt nimis ſecũdo uẽto trahe ne nimis iſte. Carmẽ oino dignũ tãto poeta i quo cũ grauiſſima & ad mores emẽdãdos aptiſſima utilia ꝓferat: tũ ſuis metaphoris atq; exẽplis triſtẽ grauitatẽ multa iocũditate exhilarat.

Cautus horeſtis nimium premendo
Littus iniquum:
Auream quiſquis mediocritatem
Diligit tutus caret obſoleti
Sordibus tecti caret inuidenda
Sobrius aula:
Sæpius uenti agitatur ingens
Pinus: & celſæ grauiore caſu
Decidunt turres feriuntq; ſummos
Fulgura montes.
Sperat infeſtis: metuit ſecundis
Alteram ſortem bene præparatum
Pectus informes hyemes reducit
Iuppiter idem.
Submouet: nec ſi mala nunc: & olim
Sic erit: quondam cithara tacentem
Suſcitat muſam: neq; ſemper arcum
Tendit apollo.
Rebus anguſtis animoſus atque
Fortis appare: ſapienter idem
Contrahes uento nimium ſecundo
Turgida uela:
Admonet. qu. hirpinũ ut utilitati cõſulat: ode. xi

QVid bellicoſus cantaber: & ſcythes
Hirpine quinti cogitet adria
Diuiſus obiecto remittas
Quærere: nec trepides in uſum
poſcentis ævi pauca: fugit retro
Leuis iuuenta: & decor arida

QVid bellicoſus. Suadet hirpino ut omittat futurorũ curam pręſertim earũ rerum quę lõge abſunt: & uitę breui i. dulcedat. Et ut ſupior ode aſtoica ſecta ꝓficiſcebat: nunc ôtra hęc epicurea redolet: cupit. n. uolumẽ uarietate caminis diſtinguere: atq; illuſtrare. De cantabris aũt & ſythis dictũ eſt. Adria figurate in neutro ꝓtulit genere ꝓ maris adriatico. Nec trepides: ne timeas ne anxius ſis in eas res quas poſcit uſus uitę quoniam natura paucis cõtenta eſt & illa facile parantur. Leuis inueſtis ſine pilis Iuuena. Sponſus adhuc leuis: uel leuis quaſi polita & lubrica. De corpulchritudo. Arida phiſice exp:ceſſit cãm canitie: nam ipſa ex defectu naturalis humoris ꝓuenit: uel arida. i. auara. Laſciuos amores. Illa. n. ętas laſciuiam omnem excludit & ſomnos. Nõ ſemp idem. Non mirũ q̃ in hominem

non sit semper idem uigor nam neq; uerni flores semper uirent:neq; idem rubor est semper lunę. Nā & flores cito defluunt:& luna assiduo crescit:atq; decrescit.Ergo descriptio quędā illius ętatis quę cito ut é apud Salustiu3 ūel ętate uel morbo defloresci. Honor pulchritudo.Vir.et lętos oculis afflarat honores. Vernis:qui maxime in uere nascūtur.

Luna:mutat colores.Virgilius.Luna reuertentes ubi primum colligit ignes.Si nigrum obscuro pfuderit aera cornu uentus erit. Animum minorem ęthernis consiliis.i.qui non sit par ęthernis consiliis:non enim semper subsistit in corpore.Non igitur dicit animum minorem consiliis:sed minorem ęternis aut diuturnis consiliis quia breuitas uitę non sinit illum tantum diuturnitatem amplecti. Iacentes temere:idest sine delectu sine ordine non habita personarum ratione. Odorati, nos odorati capillos rosa.i.habentes capillos odoratos rosa.i.odore roscę. Rosa:succus rosę longe ante quam unguenta teste Plinio repertus est.Et poeta in hoc loco ita uoluptatem quęrit:ut tamen nimium luxum excludat.Ergo sat putat esse si succus rosę pro unguento adhibeatur. Nardo, herba hęc laudatissima é in unguentis.Primę partes dantur syriacę:secundę gallicę: tertię creticę. Gallica apud nos notissima é:& uulgo iam seritur. Euchius baccus de quo in superioribus dictum é. Edaces recte:nā & animum crucian:& corpus extenuant. Vnde uetus illud dictum é q̄ spiritus tristis desiccat ossa:& greece μέλεδωνα.i.membra exedens dicit.

Pellente lasciuos amores
Canitie:facilemq; somnum
Non semper idem floribus est honor
Vernis neq; uno luna rubens nitet
Vultu:quid æthernis minorem
Consiliis animum fatigas
Cur non sub alta uel platanō:uel hac
pinu iacentes sic temere:& rosa
Canos odorati capillos
Dum licet:assyriaq; nardo
potamus uncti:dissipat euchius
Curas edaces:quis puer ocius
Restr.nguet ardentis falerni
Pocula prætereunte lympha
Quis deuium scortum eliciet domo
Lydenebnrna,dic age cum lyra
Mąture incomptum lacenæ:
More comam religata nodum:

Prętereunte lympha:ne in ebrietatę incidatur.

Deuium:idest quod non omnino publice prosiet. Designat autem meretricem:quę a postribula differt:Nam meretrix honestioris est loci & quęsitus qué tantum noctu prostat. Prostribula quę ante stabulum noctu diuq; lucri causa sat:ergo hęc nō deuia est quę semper sit in uia. Plautus in cistellaria ostendit. Eliciet,blanditiis euocet na; & hoc demonstrat non omnino publicum. More lacenę:scilicet mulieris.

SOlis longa feræ bella numantiæ
Nec durum hannibalem:nec siculū3 mare

MECOENATISE EXCVSAT MAGNA EXILI VERSV NON POSSE DICI. ODE.XI.

SOlis longa Ostendit se historię scribende minimę se aptum esse:et humili stilo poeta cum sit res magnas scribere posse negat. Bella ferę numantię:decem enim annis durarunt non sine magna romanorum clade. Nam primo.M.Pompilius a numantinis cum quibus pacem factam irritam fieri senatus censuerat:cum exercitus fusus fugatusq; é.Decreta deinde é numantia.C.ostilo mancino consuli:cui sacrificanti pulli ex cauea euolarunt.Mox nauem ascendenti uox audita é mane Mancine.Hic a numantinorum quattuor millibus & uictus & castris exutus é:cum triginta millia militum romanorum secum haberet:coactus é pacem ignominiosam fecit. Sed ne hanc quoque ratam habuit senatus:& ut religione populus solueretur:traditus é numatinis Mancinus: sed minime ab illis receptus é. Tandem missus é Scipio aphricanus minor:qui luxuriam exercitus nimia licentia corrupti compescuit.Nam & duo milia scortorum a castris remouit.Militem quottidie opere habuit:& triginta dierum frumentum: & septenos uallos ferre cogebat.Aegre propter onus incedenti dicebat cum gladio te uallare scieris uallum ferre desino. Quem militem extra ordinem deprehendit:si romanus esset uitę:si alius uirgis cędebat: Qua seueritate exercitiu3 nimia licentia corruptum ita emendauit.ut qui paulo a pauciorihus uictu. esset:iam plures uincere posset. Obsedit itaq; numantiam:atque obsessos ad ultimam famem compulit. Quapropter numantini fame coacti ipsi se per uicem tradentes trucidaueruut:ne in manus hostium uiui uenirent.Captam urbem Scipio deleuit:atq; triumphauit:domū q; ex capitolio uesperi reductus cum se in lectum recepisset:interfectus repertus postridie fuit:Sed neque a quo cęsus fuerit unquam cognitum. Ferę efferatę crudelis.Est autem numantia in hispania eorum populorum qui uaraci dicuntur urbs nobilissima:quę in bello celtiberico contra romanos uirtutem propriam ostenderunt:quod bellū teste strabone ad uigessimum annum perdurauit.Hęc ab Augusta cęsarea:quę super hiberum sita é distat stadia, dccc. Durum laborum patientem:ut in eius historia patet:uel durum crudelé. Poeno.cartaginensi;hi enim phoenices

sunt:qui duce Diodone in aphricam profecti urbem illam condid runt:grece enim ꝓ Hi dicitur phocnix:sed ut ni aspiratione primę litterę detrahũt & omni mutant in oc.unde fit poęnus:a quo nó poenicus,sed punicus é. Primꝰ aũt.C.duillius consul classe in mari siculo carthaginenses superauit:deq; illi triumphauit. Qua de cã perpetus quoq; ei honos hitus est:ut reuertenti a cęna tibicine canente funale preferet. Mollibꝰ lasciuis:teneris & nó illis quos magnarum rerum historia postulat. Aptari cõuenienter iungi. Aptum.n.dicimꝰ idoneũ:& qđ bene quadret.Est.n.auctor bo grẽco ἁρτῶ.i.tango:Estq; translatio ab ędificatione in qua dicimus idonęę opus surgere si quadrati lapides totis sę lineis tangunt. Tunc.n. aptari lapides & ipsi q̃ drare d cũtut. Ordo est o Moecenas nolis aptari a me mollibꝰ modis citharę longa bella numantię: nec durũ hannibalẽ:nec mare nec sęuos lapytas:sed d lapytis dixius Hyleus ut ait Acrõ prius fuit cẽ taurorũ:qui uisa puella exarsit:unde bellũ est commotũ: Vnde illud Et magno hyleũ lapytis cratere minantẽ. Telluris iuuenes,i.gigãtes:& quasi nomen interpretatꝰ est.Nã cũ terrę filios illos fabulentur:uolunt ab eo dici quod est γίνομαι,i. fio & γαῖα terra quasi ex terra gẽitu. Horũ fabula suo loco expressa est. Fulgens Domus a.i.cęlũ:nã illud rescindere conati sũt. Veteri:quia antẽ iouem & in prima ętate regnauit.Nã fuit Ogyge atheis regnãte:& cũ Titane fratre bellũ gessit uel respexit naturã sideris:i cuiꝰ tutela senes sũt: Quin & rerũ uetustarũ inquisitores ꝓducit.Saturnus. Pedestribus oratione soluta scripsis:melius q̃ ego q̃ carmina scribo:q̃ oratio uidẽ equestris. Regũ colla nãuicti reges ante currũ cathenis uincti in triũpho ꝓcedebãt. Licinię.nõ placet ꝙ moccẽatus sit uxorcũ uelut lasciuã illam laudet.sed potiꝰ poctę amica,quã amore amantiũ dominã uocant. Lucidum ꝓlucide nomen ꝓ aduerbio. Fulgentes quę laus in oculis suprema est. Mutuis.inuicẽ bene respondentibus.

Pœno purpureum sanguine mollibus
Aptari citharæ modis
Nec sæuos aphlytas:& nimium mero
Hyleum:domitosq; herculea manu
Telluris iuuenes:unde periculum
Fulgens contremuit domus
Saturni ueteri:tuque pedestribus
Dices historiis prælia cæsaris
Mœcenas melius:ductaque per uias
Rerum colla minacium
Me dulces dominæ musa licinæ
Cantus me uoluit dicere lucidum
Fulgentes oculos:& bene mutuis
Fidum pectus amoribus:
Quam nec ferre pedem dedecuit chorus
Nec certare ioco:nec dare brachia

Quã laudauit hacten⁹ a bonis corpori-:nũc laudat a bonis animi.s.ab arte. Nec dedecuit.liptote é.i.bene decuit. Ferre p.ch.i.mouere pedẽ ad numeros choreę.i.saltare. Nec certare ioco.laudat a iocis.s.ab ea specie iocꝰq; urbanitas appellatꝰ qua sũt facetię:lepores:sales:& dicta:Sed ut ré diligentiꝰ aperiã:ut laudũ i re atq; corporis exercitatione:ita iocũ i uerbis dicimꝰ:ut i plurali & iocos & ioca iuuenias.Est ũ iocus quo i oratione risũ mouemꝰ. Huius duo sũt genera alterũ qui uiro quoq; igenuo & modesto optime quadret.alterũ scurule otio seruileq; é:nunquã q; igenuo uiro adhibendũ. Primũ ergo urbanũ. Secũdũ scurule uocãt: Tẽtatq; nihil aliđ iocis nisi ut risũ moueat.Nã ut sale aspse epulę gustatu iocũdiores multo sũt:sic oratio iocis salibusq; cõdita gratissima sempẽ Sed ut placet Iulio Cęsari apud Ciceronẽ. Quinq; de risu q̃renda uidem. Quid sit Vnde sit. An i oratõe sit adhibendus Quarenꝰ i illo ꝓgrediendũ. Postremo quod eius genera exstãt. Quid ergo risus sit iubet Iulius i eo loco a Democrito peti: Et ꝓfecto res é:q̃ nisi ab homie physico nõ satis recte explicari possit. Itaq; ut pauca de multis ab ipsis mutuemur risus dupliciter cõsiderat:aut est quidã motꝰ pectoris & facieꝝ:& sic uidemꝰ eẽ accidẽs qđdã opationis uirtutis motiuę: Aut é certũ quiddã:qđ cum motũ ꝓcedat. Quapp iure tũc diffiniri poterit Risũ eẽ accidẽs siue passionẽ uirtutis sensitiuę itrinsecę sub apprehensione delectabilis:quia mouet appetitꝰ ad mouendũ tales partes:Et quia nó mouet appetitꝰ nisi ui uirtutis existimatiuę cõcurret etiã ad risũ actus talis uirtutis. Quãobrõ ut excitet risus cõcurrit & sensitiua & existimatiua uiriꝰ:quibꝰ citatꝰ appetitꝰ:qui é primũ & tmediatũ principiũ huius motus:Neq; tñ i aliis aiantibus cõmouet appetitꝰ:aut facie:aut pectus ad ridendũ:nã res hois ꝓpria é. Habes igitur causã efficientẽ & ꝓpinquã & remotã: Materialis aũt sũt ipsi spiritus cũ calore naturali:quorũ extensione ad exteriora fit risus. Animi.n.nostri q̃ primũ aliquid aduertit qđ appetendum fit statim ad id accedere cõant. Quapp uchemẽter diffũdunt ac relaxan & ꝓfusi,ꝓfundũt atq; extendũt spiritꝰ spiritꝰ aũt extẽsus extẽdit corpus. Cõtra e re tristi atq; fugiẽda cõtrahit aius. Cõtractusq; rursus spiritũ cõtrahit:& illetitidẽ corpꝰ. Hic lachrymę:nã cũ cõtrahit atq; cõprimit corpꝰ exprimat ab eo humor: ut ex cõpressa spõgia necesse é Sed redeo ad lętitiã:ut ponã qđ a magno Alberto i libris de aialibus nõ omittit. Est.n.aiali mẽbrana q̃dã satis tenuis sed dura:& i q̃busdã suis partibꝰ carnosa i retis similitudinẽ,unde uulgo id ei nomẽ ipositum. Greci poetę illã phrenas appellãt:cuius nominis rõnẽ alio i loco reddemꝰ Physici aũt ciusdẽ lnguę ẽt diaphragma nũcupãt:quoniã ueluti paries dã corpulmonẽq; sapiat:& a iecore licneq; seperet. Nã ꝙ φράττω grece sepio & obstruo significat idẽ ẽt Dicit φραττῶ. Eadẽ rõne latini septũ a sapiẽdo dixere. Verba sũt cornelii celsi Sub cord atq; pulmõe trãsuersũ ex ualida membrana septũ ẽ. Appellarũt prętercalatin. q̃doq; pręcordia. q̃is hoc nomie cia extra sępe uẽiãt.hic ig it paries siue septũ

ſuę diaphragma appellādū putes ab ea ꝺ q̄ dixius extēſiōe motꝰ cōcaleſcit. Calefactuſq; ſenſū penitꝰ imutat & reſoluit totū corpus i gaudiū. Riſus.n. ſequitur. tacto pariete uel membro uicino paricti: nā cuꝫ illō tactu motꝰ ſit paries & ſic calefactus defundit ſpiritus & reſoluit & mutatur intellectus: q̄ continebat corpus: & rident nimis profuſe. Hinc ē conuulſio multa & diſſolutio neruorum ex calore diffuſo in ipſis. Solus autem hō rident: quia non pellem habet ſed ſubtilem cutem. qua tacta mouet paries maxime ſi tangatur ſub auxiliis: qui locus uicinior ē ſepto: Vnde putauerunt q̄ ſi quis in ea parte unineretur minime doleat. Quod ſi quis quęrat quare ex re ridicula ſępe in profuſum riſum magis prorumpamus: q̄ ex aliqua ſubita foelicitate reor id eſſe cauſę: quod in ridiculo nulla re impediatur animi profuſio: in re autē magna & foelici q̄is maꝰ gaudiū excitatur ineſt tamen quędam profundior cogitatio & cura rei q̄ proſpe euenit. Hęc ōt animum continet: ne ſe omnino effundat. Qꝺ nō euenit in ridiculo: nā ibi lętitia diffundit animū nulla reprimente cogitatione aut cura. Hęc oia ſubticuit Ciçero quę de cā efficiēte riſu dici poterāt: nō qa illa ignoraret: ſꝫ qa tam exq̄ſita phyſices diſputatio pſonis & rei nō multum quadrabat. Reliq̄ autē exacte ꝓſecutꝰ ē: ſꝫ id in primis qd materia riſus & q̄ſi obiectuꝫ quoddā: & regio quędam unde riſus proueniat ſit turpitudo quędā & deformitas non tamē turpiter enarrata: nā quod tertio loco quęrebat minime dubitādum conuenire & oratori & urbano uiro riſum mouere: nā & ipſa hilaritate beniuolētiā nobis excitamus: & admiranē auditores acumē ſępe uno uerbo poſitū. Significat poſtremo ex ipſo icco nos & politos & urbanos & eruditos eſſe. Et quod non minimi faciendū ē grauiorum rerum triſtitia ac ſeueritas ioco facile mitigatur. Habendus tamen modus eſt in riſu mouendo. Nam nec inſignis probitas & ſcelere uincta: Nec rurſus miſeria inſignis agitata ridetur. Nam flagitioſi non ridiculi: ſꝫ maiori quadam acrimonia uexandi ſunt: Miſeri autem nullo modo illudendi uidentur: niſi ſe forte iactent. Ergo eos facile ridebimus: q̄ neq; magno odio: neq; rurſus miſericordia magna digni ſunt. Maximum āt ſępe riſum ea mouent quę ita auditorē decipiunt: ut cum ęquiora credātur: acerbiora tandeꝫ cē deprehenduntur. Interpretabar olim noſtri prętrarchę elegias lyricos q̄ quibꝰ lauram canit. Aderantq; aduerſarii q̄ lauram mulierem fuiſſe negarent: aſſererentq; non illo nomine puellam a ſe amatam intelligi: ſed aliud allegoricę ibi latere. Rogabam quidnam illud eſſet: ut id me docerent ſūmis pręcibus contendebam. Illi autem magnum profecto id eſſe: ſꝫ tamē quid ſit neſcire fatebanē. Hic ergo ridiculi occaſionem nō prętermiſi: ſed in maxima auditorum frequentia ueluti conuictus: & pudore cōturbatus. Malo inquā ingenue fatendo inſcitiam meam a uobis accuſari: q̄ iniq; defendendo pernicatiam damnari. Duo ſunt quę aduerſarii mei proferunt. Alterū non fuiſſe mulierē laurā: quod ego ad huc non do. Alterū quod ego ita liberaliter eis concedo: ut etiā ſiquis illos mendacii in iudicium uocet: uadimonium q̄ facere cogat: uadem me pręſtarę decreuerim. Atq; hic cū ueluti pudore impeditus dubitubundus aliquātulum ſubſiſterem. Et illi uictoria geſticntes inuicem ſe intueri. Alioſq; circumſpiciendo meę confeſſionis teſtes citare quodam nutu uiderentur. Atq; tota iā ſchola auribꝰ erectis quid dicturus eſſem: expectaret. Tunc ego proſequēs. Aiūt inquā qd ſibi poeta in laura uelit ſe plane neſcire: qꝺ ego ita utraq; manu do: ut iure me iurādo obſtringā. ut niſi hoc ueriſſimum ſit: nihil ſit unq̄ futurū uerū: riſit tota ſchola: cū dictum falſum fuerit & illi ambiguitate orationis adcontrarium exitum q̄ putabant decepti ducerent. Dicunt āt facetię ii ioci: in quibus aliquē aut dictis aut actionibꝰ imitamur: & ut pictores e primimus. Horum duo ſut genera: quorū alterū re tractat: alterū dicto. Re cū aliqd uelut fabellā narramus fingimꝰ ea q̄ naturę dictis geſtibuſq; conueniūt: & nos ueluti mimos modeſte tū exhibebus: imitamur uocem uultū & os deniq; eius quē agimus. In dicto ridiculū appellamꝰ id qꝺ uerbi ſnię acumine mouet fingimꝰ. Hęc dicta appellari docet. Cicero in epiſtolis ad Cornelium nepotem his uerbis. Itaq; noſtri cū oia q̄ diximus dicta eſſent q̄ facete et breuiter & acute locuti eſſemus ea ꝓprio nomine dicta appellari uoluerūt. Nonius āt pomponiꝰ iocos dicteria appellat: In quibus quoniā morſus latet: placuit gręcis ea ſcōmata appellari: nā ὀκὼπτειν mordere ē. Sūt & ioci in quibus feſti uitas quędā & hilaris iocūditas & blāditię potius ñ morſus apparet. Hos noſtri lepores gręci ἀστεϊσμοὺς dixerunt: a quo dicēdi genere nōnulli & ęmilios & lepidos uocatos uolunt. Vniuerſum āt hoc iocorū genus modo neq; ſcurrille ſit neq; inimicum uehemēt nos auditoribꝰ cōmēdat: Sed ut in cęteris rebus ſic & hic & hominū & rerum & temporum & locorū habenda ratio ē. Adhibenda moderatio & raritas: Perſtrinxi pauca de multis: nā in numeroſa rerum turba quas ſcribendas ꝓpoſuimus nulli patentior locus relictus ē: & in anguſtiis plura cōplicari fortaſſe poſſunt explicari āt nulla modo poſſunt. Sacro die. feſto die. in quo diane ſacra agerent. Eſt.n. ſacrum quicqd deſtinatū diis ē. Videt autē ita a ioco ludoq; illā laudare: ut tū laſciuię caſtitas nō deſit: Nō.n. ueneris ſꝫ dianę ſacra commemorat. De dieb⁹ autē feſtis ꝓfeſtiſq; alibi ſcriptū ē. Sed dici initiū apud athenienſes erat occaſus durabatq; ad aliū occaſū. Babylonii āt ab ortu ad ortū diē finire putabant. Vmbri & ethruſci a meridie ad meridiē: qꝺ magis uideē aſtronōice rōi q̄drare: Verū Ro. populus a media nocte initiū diei. placuitq;. M. uarro. q̄ q ex mędia nocte ad ꝓximā mediā noctem nati eſſent eodē die nati uiderent: Idē oñdit. Vir. Hacuice ſermonū roſcis aurora q̄drigis lam mediū ętherco curſu traiecerat axē: & paulo poſt. Nox ruit ęnea nos flendo ducimus horas. Dici igit prima ps ē medię noctis inclinatio. Iñ gallicinaiū. Iñ cōticinū: cū galli cāt: & hoies ętiā tūc qeſcūt. Diluculū āt ē cum dies agnoſci coepit. Manę deinde q̄ ab ſe

ris locis ideſt a manibus ueniat:uel a nomine hominis. Mam lanubini Manum bonũ dicũt. Cuius contrariũ eſt immanis. Inde meridies quaſi meridies. Nam priſci.r.p.d.ſepe ponebant:ut aruena pro aduena:ab hoc ſupra cęterũ tempus occiduũ dicebatur: Mox ſuprema tẽpeſtas. Hinc in xii. tabulis ſolis occaſus ſuprema tẽpeſtas eſto. Deinde heſpera ſtella heſpero:a quo tempore dicta eſt ueſperna conuiuium:quod non niſi aduentante nocte inibant priſci. Cuius rei non ignarus Maro dixit. Nunc eadem labente die cõuiuia quęrit. Poſt ueſperã nox cõcubia erat ac poſtremo nox intempeſta quę nõ habet idoneũ tempus quicq̃ agendi. In has igitur partes diſtribuebant diem:i. uniuerſum illud ſpatium quo perficit una cęli reuolutio qdq̃ conſtat ex quattuor & uiginti horis: & lucem tenebraſq̃ continet. Aliquando ita die dicimus: ut ſolam lucẽ intelligamus:tenebras uero ſub noctis noie appellamus. Vir. Noctes atq̃ dies patet atria ianua ditis. Ponimuſq̃ nõnunq̃ diem pro tẽpore:ut Longa dies homini docuit parere leones. Eſtq̃ ſnia Marcelli q̃ cum pro tempore ponitur in foeminino ponatur genere:alter in maſculino, ſed cõtra multis in locis uidemus. Vir. Poſtera cũ primo ſtellas oriẽte fugerat Clara dies & paulo infra, Expectata dies aderat pro die igitur in utroq̃ genere ponetur pro tempore uero in foeminino ſolum. Priſci latini in aduerbio ponebãt die quinti & die quarti. Et quia indifferenter e & i in fine ponebant pronuntiabãt etiam diequarte & quinte. Dicebant & die priſtine pro pridie. Alii tamen uolunt: ut hęc futurum ſignificent: Ponũtq̃ uerba prętoris dienoni poſt kalen. quintiales cõpitalia erunt: De prętcrito uero die nono dicebant Verũ ut nc hoc quidẽ relinquã in .xxiiii. horas diuiditur dies: Neq̃ ille pares erant apud antiquos: ut nunc ſũt: ſed ut lux creſcebat: deſcebatq̃ ita & horę lucis: Nam ſemper in ſex horas lucem: ac in totidem tenebras diuidebant. Quapropter ab equinoctio uerno uſq̃ ad autumnale horę diurnę nocturnas ſuperabant. Contra uero cũ per reliqua ſex zodicaci ſigna q̃ auſtrina appellant ſol diſcurrit. Neq̃ tamen ratione caret: qđ neq̃ in plures neq̃ in pauciores horas reuolutio cęli diuiſa ſit. In duodecim enim ſigna diſtributum eſt zodiacum: & quãuis alia aliis longiori ſpatio aut aſcendant ad noſtrũ hemiſperium: aut deſcendant in aliud tamen ſi quod in uno loco excedit in alio apponantur ſingula binis horis rem perficiunt. Sed de die hactenus. Achemenes p maximis diuitiis poſuit Achemenem perſarũ regem: quoniã cęteros mortales diuitiis opibuſque ſuperaſſe perſę uidentur: ut plurimi teſtantur hiſtorici: Non tamen proprium nomen regis é Achemenes: ſed omnes perſarum reges a tribu qua oriundi eſſent hoc nomine appellabantur: ut alexandrini reges omnes a Ptolomęo Lagi filio qui primo alexandrię regnauit ptolamęi dicti ſunt. Sed de perſis ita loquitur Herodotus. Sũt autem hi in perſia populi holli: Arteatę perſę: paſargadę maraphii: mappii: omnibus autem iſtis paſargadę meliores ſunt: Ex illiſq̃ tribus eſt Achemenida, ex qua perſici reges fuerunt: Migdonias ideſt phrygias nam & in illis maximas opes fuiſſe cõſtat. Fuit autem Migdon rex phrygię: quo duce ferunt ideos dactilos ad ſamothrachas deueniſſe: & ibi excantatiões & ueneficia exercentes eos populos in ſummum ſtuporem adduxiſſe. Arabum plenas. d. hoc maxime propter aromata: Nam in arabia foelici hęc ut plurimum naſcuntur. Tus autem nuſquam niſi in arabia. Fragrantia optime elocutia uel flagrantia: ideſt ex amore ardentia. Aut facili ſęuia. Exprimit id quo uehementer delectatur amator: Nam neque uult eam quę nimis laſciue nihil unquam denegat. Satietas enim quędam inde oritur: qua omnia uileſcunt: & ſordẽt: atq̃ interdũ faſtidium adducit. Neq̃ rurſus illam quę ſemper pertinax: nunquam ſe morigeram prębeat: Quod elegãter a Martiale expreſſum uidemus: Inquit enim. Nolo nimis facilem difficilemq̃ nimis. Verum quod medium eſt: qđque inter utrumque probatur Nec uolo quod ſatiet: nec uolo quod cruciet. Facili ſęuitia negat quidem ut ſęuas: Quę res deſiderium auget: nam ut eſt apud Lucanum Nitimur inuetitum ſemper cupimuſq̃ negata: ſed non diu negat: ne fortaſſe cruciet: ergo ſęuitia facilis eſt: preſertim cum ita neget: ut tamen cupiat exorqueri a poſcente quod nõ accipit: Deniq̃ ut oſtendat deſiderium ex penuria accendere illam uelle: cruciatum autẽ afferre nolle addit q̃ ipſa occupat rapere ideſt preuenit ut rapiat quod ille nondum dat. Nam teſte Terentio Nolunt ubi uelis: ubi nobis cupiunt ultro. Hoc ſi dolo fiat meretricum artificium oſtendit: Sin impulſu naturę ingenium muliebre deſcribit.

Num tu: qui tenuit diues achemenes
Aut pinguis phrygiæ migdonias opes
Permutare uelis crine licinię uno
Plenas aut arabum domos?
Cum fragantia detorquet ad oſcula
Cerũicem: aut facili ſeuitia negat:
Quæ poſcente magis gaudeat eripi
Interdum rapere occuperit:

Ad arboreum cuius caſu pene perierat. ode.

Ille & nefaſto te poſuit die
Quicunq̃ primum & ſacrilega manu
Produxit arbor in nepotum

Ille & nefaſto. t. Execratur arborem a qua periculuꝫ ſubi fuit: Nec putat eam ſeri potuiſſe niſi a ſceleſtiſſimo uiro
Vituperat e ſatore ueluti a parentibus maioribuſq̃ uituperare quempiam ſolemus Poſtremo remdiculam ſummam grauitate exornat: oſtendẽs nulli mortaliũ ſatis eẽ certũ qđ caueat. Tragiceq̃ ſurgit: & exẽplis nitit uariis.
Poſuit plãtauit Vir. ponere uites. Nefaſo p atro & ſoelici poſuit. Atri triduani dicebant: erãt. n. in quolibet mẽſe tres poſtridie kalẽ. nõ & idus mẽſis. Cęterũ qd ſit nefaſtus dcũm eſt & Oui. Ille nefaſtus erit p quẽ tria uerba ſilentur
Faſtus erit p quẽ lege licebit agi. Pro. q̃li pgenuit: nã arborũ quas ſerimꝰ ueluti parẽtes putamꝰ pducere ãt q̃doq̃ ĩ

beues & uellere tuſco uexatę dureque manus. Pyrrum regem epyrotarum intelligit ex nobiliſſimo ęacidarum genere uirum quidem nimis regnandi cupidum: ſed magnificentia & humanitate egregium: & i quo neque crudelitas neque auaritię ueſtigium nuſquam apparuit: qui non tantum armis quantum munificentia romanos ſuperare conatus eſt. Venit igitur in italiam prę ſe ferens auxilium tarentinis ferre. Sed cupidus romanum imperium inuadere prima pugna cum romanis fuit apud lyrim campanię: fluuium: in qua tanto ardore pugnatum eſt: ut ex utroque exercitu quiſque fortiſſimus aut occubuerit in acie: aut uulneratus diſceſſerit pugnatum eſt itcrum apud Eſculum apulię ciuitatem curio & Fab. conſulibus. In quo prelio magnopere ſuas copias attrita ſentit & ipſe in humero uulnus accepit. Pugnatum & tertio in lucania: unde uictus diſceſſit. Vir profecto bello acer: et cui in caſtris ponendis palma omnino concedatur. Ingentem antiochum. Hic magnę aſię parti impauit. Hanibal autem carthagine exul illum aduerſus romanos ieritauit. Non tamen obtinuit: ut uellet in italiam traiicere copias: quanuis efficacibus argumentationib⁹ oſtenderet nuſquam niſi in italia romanos uinci poſſe. Parauit igitur exercitum numero militum maximum. Auro argentoque decorum: & multis opibus refertum: ceterum militū robore infirmum. Atque Hānibali cum oſtēdens interrogabat an ſatis romanis eſſe poſſet: cui ſubridens reſpondit Hanibal. Satis quidem puto etiam ſi auariſſimi ſint romani: quibus uerbis ſignificauit non illos quidem impugna pares fore romanis ſed ingentem ſe predam preſtaturos. Victus eſt tādem a romanis: & omni parte regni quę eis taurum montem eſſet exutus. Quo quidem tempore cum tranquilliorem in paruo regno uitam degeret ſe ingentes romano populo gratias agere dicebat quod magna & nimis anxia gubernandi cura per illos liberatus eſſet. Maſcula. uirilis & nō effoeminata: ut tunc. Ruſticorum. Nam omne rempᵘ aut in agro colendo: aut in militia exercenda cum maximo labore terebant. Hoc oſtendit Iuuenal.

En habitum quo te leges ac iura ferentem uulneribus crudis populus modo uictor: & illud Montanum poſitis audiret uulgus aratris Et Virgilius. At patiens operum paruoque aſſueta iuuentus. Sabellis nā & iſti robuſtiſſimi fuerunt unde Virgilius pubemque ſabellam. Ligonibus. Ferramentum ruſticanum eſt: ſed poſuit ſpeciem prolgenere. Verſare excoleret. Virgilius Quo. ſidere terram Vertere moecenas. Seuerę matris nam tantę erant uenerationis mulieres propter pudicitiam & laborioſam uitam ut eas non minus: quam patres reuererentur filii. Ergo non ſolum maiora imperabat: uerum & hec minora: ut fuſtes ad ignem alendum arbitrio matris reciderent. Sol Vbi totum diem in agro fodendo terebant: & aduentante nocte lignis onuſti domum redibant: ut ne minimo quidem temporis puncto ab opere ceſſarent. Mutaret umbras nam cum a noſtro hemiſperio ad inferius deſcendit: mutat umbras. Nam quę apud illos fuerant ad nos redeunt. Amicū t. uam quieti concedię nocturnū tēpus. Agens inducens quia iducit noctem: in qua requieſcimus. Abeunte curru: ideſt ipſo cum curru ſuo abeunte. Damnoſa quę damnum affert: ergo actiue ponitur. Per. Scire erat in uotis damnoſa canicula quantum. Aetas parentum. Mira & lepida & minime obſcura breuitas: ut tribus uerſiculis multos agnationis gradus complectantur. Ergo ętas parentum quę fuit peior auis noſtris ergo & aui a proauis degenerarunt tuli nos nequiores ſe nos in quos deteriores daturos pro. d. poſuit igitur pauos: auos: parentes: Filios & nepotes

Dedecōrum preciosus emptor
Non his iuuentus orta parentibus
Infecit æquor sanguine punico
Pyrrhumque & ingentem cecidit
Anthiochum: hannibalemque dirum
Sed rusticorum mascula militum
Proles sabellis docta ligonibus
Versare glebas & seuere
Matris ad arbitrium recisos
Portare fustes: sol ubi montium
Mutare umbras: & iuga demete
Bobus fatigatis amicum
Tempus agens abeunte curru
Damnosa quid non imminuit dies?
Aetas parentum peiora auis tulit
Nos nequiores: mox daturos
Progeniem uitiosiorem

Ad asterien.

QVid fles asterie quem tibi candidi
Primo restituent uere fauoni

redditus illius ſpem. Ergo o aſterie quid fles Gygen maritum tuum. Candidi nam ſerenitatem & cęli uernam clementiam inducunt. Vel proſperi & boni quemadmodum nigrum malum & infoelix dicitur. Iunenal. Qui nigrum in candida uertunt. Primo Vere nam ſingulas quattuor anni partes triſariam diuidimus: ut ſit primum. Ver. Adultum uer. Et preceps uer. Idemque dicas de eſtate: autumno & hyeme. Beatum diu item: occupat autem omnes locos ad ſolandum mulierem efficaces: Nam reddit cito: & in parte anni tranquilla in aqua non ſint timenda pericula: & redibit diues. Tynna. quidam uolunt a thynna deriuatum: quę bithynię urbs eſt pōto uicina. Alii dicunt thynnum piſcem. De quo Feſtius. Cauda natat thynni. Hic ſalę conditus ad plurimum tempus

durat. Istorum captura precipua ẽ apud bizantium in bosphoro: quo propontis euxino iũgitur. Ergo uel thynna mercẽq; ita salitos thynnos emisset uel sit dictus a thynna urbe. Oricum. epyri urbs iuxta q̃ abũdat thesetitus: Acron in cylicia esse putat. Frigidas. quia solus cubet. Ostendit autem non minus esse in illo asperies desiderium: quam in asperea illius: propterea q; & solus cubet & in sõnis & lachrymabundus: & quod solicitanti mulieri non concedat

At qui. ẽ ordo. Nuntius chloes hospitẽ solicite dicẽs suspirare chloen & uri miseram tuis ignibus tentat uafer mille modis. s. ipsum adolescentem. Insomnis uigilans. Nam cura & amor absentis priuat amantem somno. Virgilius

Thynna mercẽ beatam
Constantis iuuenem fidei
Gien. ille noctis actus ad doricum
Post insana capræ sydera frigidas
Noctes non sine multis
Insomnis lachrymis agit;
At qui sollicitæ nuncius hospitæ
Suspirare chloen & miseram tuis
Dicens ignibus uri
Tentat mille uafer modis
Vt præthum mulier perfida credula
Falsis impulerit criminibus nimis,
Casto bellorophonti
Maturate necem referri
Narrat pene datum nerea tarrato
Magnessam hypoliten dum fugit abstinens
Et peccare docentes
Fallax historias monet
Frustra: nam scopulis surdior icari
Voces audiet adhuc integer: at tibi
Ne uicinus enipheus
Plus iusto placeat: caue
Quamuis non alius flectere equum sciens
Aeque conspicitur gramine martio
Nec quisquam citus æque
Tusco denatat alueo
Prima nocte domum claude neq; inuias
Sub cantu querule despice tibiæ
Et te sæpe uocanti
Duram difficilis mane

At non infoelix animi phoenissa nec unq̃. Solui-
tur in somnis. Tuis ignibus. i quibus tu etiam
ureris. Nam quę flãmę solicitant chloen etiaꝫ te so
licitant. nam qui ambę unde amatis a: dictis eodem
igne possunt etiam esse uerba nuntii ad Gygem:
& iunctuis o Gyge. Probat ergo illum esse consta
ti iuuenem fide: cum neq; precibus neq; minis fle-
cti in hospite amorem possit. Vt prethum: fa-
bula iam narrata ẽ credulum. nam si circspectior fu-
isset: non ita facile persuaderi poterat. Narrat. po
nit nuntius aliud exemplum: quo in amore; chloes
trahat Gygem. Sed fabulam ut tibi nota sit accipe
Pelius Acaci filius & a. hillis pater cum apud aca
stum thesalię regem hospitem suum degeret. ada-
matus ẽ ab Hypolite uxore acasti & ab eadem ad-
ulterio iterpellatus. Sꝫ refugit tale scelus adolescẽs
neq; illi ẽ assensus. Illa autem ira & odio prẽces ho
minem apud acastum tanq̃ ab illo interpellata esset
accusauit. Acastus uero impelium montem iuuenũ
sub specie uenationis eduxit. ibiq; ineimen centau
ris obiecit. Fuisset autem ab illis laniatus: nisi cum
Chyron seruassꝫ. Qua iniuria irritatus Peleus col
lecto exercitu & Acastum regno spoliauit & Hip
politem iusto supplicio affecit. Magnesam sic ab
urbe thesalię nominatam. Posuit autem ad differẽ
tiam alterius Hyppolites amazonũ regine ab her
cule superatę: & Theseo in uxorem datę: ex qua na
tus ẽ Hyppolitus. Monet. ad memoriam reddu-
cit. Frustra quia non persuadet. Surdior au
dit id est surdior ẽ ad audiendum. Scopulis. qui
nullis fletibus mouentur sic & Iges nullis prec-
ibus nullisq; minis flectitur. Icari. pro icaro: scili
cet maris: & posuit speciem pro genere. Aenipę
us: qui illam amabat. Flectere e. Nam in primis
sei hoc exercebat romana iuuentus: ut uti equo be
ne scirent: quo deinde in bello cõmodius uterentur
Hoc in iuuentute latina significauit Virgilius.
Ante urbem pueri & primeuo flore iuuentus ex-
ercentur equis. Tusco aluo scilicet tyberino qui ex
truria ẽ. Prima nocte. prima parte noc-
tis. Querule. nam amatores querulum cantuꝫ
tibia exprimere conantur. Denique o. Asperie ma-
ne difficilis: id est perseuera in sententia. & prẽbe te
inexorabilem enipeo uocanti te cuiam.

AD MOECENATEM. ODe. VIII. DICOLOS

DArtiis celebs quid agam kalendis
Quid uelint mores & acerra thuris

DArtiis cẽlebs Quid agam calendis. Quoniam de calendis martii dicendum ẽ: non solum postulat: sed etiam flagitat causa: ut de anno quoq; breui quę necessaria ad hanc cognitionem sunt: perstringam. Anni igitur certus modus apud solos ęgyptios semper fuit aliq; uero gentes dispari numero pari errore titubabant. arca-
des trium mensium annum habuere. acarnanes. vi. Reliqui grẽci trecentorum quinquagintaquattuor dierum: Ro-
mulus autem annum apud romanos instituit decem mensium: conse ctum ex trecentis & quattuor diebus. Primũ aũt

menſem a patre martium denominauit. Secundum dicit haprilem: quaſi haphrodilem a uenere matre Aeneę, quę grece haphrodite appellatur: quoniam ex haphro ideſt ſpuma oriundus. Nam ab his duobus diis origo romanorum maxime exiſtit. Vnde matrem patrem: & uenerem genitricem in ſacris nominant. Alii dicunt non haprilem ſed aprilem dici ab aperiendo quod tunc terra aperiri & germinare credatur. Tertium uero & quartum appellauit hunc maium a maioribus: illum iunium a iunioribus: quia Romulus urbem bifariam diuiſit in maiores: qui conſiliis preeſſent: & iuniores qui armis rempublicam tutarentur. Alii dicunt eſſe maium tranſlatum a tuſculanis: apud quos Maius dicitur iupiter a magnitudine. Cincius putat a Maia Vulcani matre nomen menſi inditum: propterea affirmat flaminem uulcanalem calendis maii huic deę ſacra facere. Alii a maia mercurii matre menſe nomem ſumpſiſſe uolunt: quoniam mercatores in hoc menſe & mercurio & maię pariter ſacrificant. Iunium aũt dictum uoluntper ſynopen: quoniã preneſtini illum iunonium a Iunone dixerunt: Nã edes Iunonis monetę. Kalen. iuniis dedicata e. Reliqui deniq; menſes dicti ſunt a numero quintilis: ſextilis. Septembr. Octobr. Nouembr. Decẽbr Inſtitutũ fuit igitur. ut matronę ſeruis coenas his Kalendis apponerent: quẽadmodũ domini in ſaturnalibus: quę erat in ultimo menſe. Illę ut principio anni ad promptũ obſequiũ ſeruos honore inuitarent: Hi ut gratias perfecti onoris redderẽt. Pompeius aũt dicit iccirco Kalẽ. martii matronas ſacra celebraſſe: quia eo die Iunonis ędes celebrari coepta ſit: & ea ſacra matronalia appellant. Verũ quacunq; cauſa id ſit conſtat iſtis Kalendis matronas ſacra celebraſſe. Poſſet ergo aliquis mirari cur poeta cui non eſſet uxor: matronalia celebraret. Qua propter oſtendit non ſacrificare Kalendis martiis: ut matronalia celebret: ſed facere priuatum ſacrificium q ab arboris ictu incolumis euaſerit. Cęlebs ſine uxore: ſed de uocabulo diximus in ſuperioribus Kalendis Kalendas primum menſis diem dixerunt hac ratione. Datum enim erat negociũ pontifici minori ut aſpectum nouę lunę obſeruaret: uiſaq; regi ſacrificulo nuntiaret: a quibus ambobus facto ſacrificio idem pontifex calata ideſt uocata in capitolio plebe iuxta curiam calabram quod dicis a Kalendis ad nonas ſupereſſent pronunciabant. Et quintanas q dem repetitio quinquies hoc uerbum καλέω. ſeptimanas repetitio ſepties indicabat, καλεῖν autem gręce uocare eſt. Ergo primum menſis diem qui primum ex his qui calarentur eſſet Kalendas uocauere: & curiam ad quam uocabãtur calabram dixere. Ordo ergo ſit: o moecenas docte. ſi u. l. tu miraris quid ergo celebs agam in martii Kalendis: cum ſacra illa ad matronas: & non ad uiros ſpectent:

Plena miraris põſituſque catho in
Ceſpite uiuo
Docte ſermonis utriuſque linguæ:
Voueram dulcis epulas & album
Libero caprum prope funeratus
Arboris ictu:
Hic dies anno redeunte feſtus
Corticem aſtrictum pice dimouebit
Amphoræ fumum bibere inſtitute
Conſule tullo:
Sume mœcenas cyathos amici

Flores ad ſacrificium para preſertim in martio: in quo iam eſſe incipiunt. Acerra ut placet Feſto ara erat que ante mortuum poni & in ea odores incendi ſolebant. Alii dicunt arculam eſſe thurariam ideſt in qua thus poneret. Dulces: propter animi uoluptatem: quoniam dulce erat meminiſſe a periculo euaſiſſe uel ſimpliciter dulces. Epulas proprie dixit: quia priuatorum ſunt. Album quia ſuperis uictimam albam offerebant. Inferis nigram. Hinc uirgilianus Aeneas in feris ſacrificaturus Quattuor nigrantes tergа iuuencos ſacrificat. Et alibi Ipſe atri uelleris agnam. Caprum nam hęc hoſtia Baccho ſacrificabatur: quia caprigenum pecus uehementer uitibus nocet. Ergo uidebat lętari tali cęde: ſic & Cereri porcũ: qui maxima eſt frugibus pernities: quando radicitus illas auellit Virgilius. Non aliam ob cauſam Baccho caper omnibus aris cędebatur: Dabantur quandoq; hoſtię per contrarium: Vnde Aeſcula pio deo medicinę & ſalutis capra mactabatur: quod animal nunquã febre caret Dicitur autẽ caper a capiendo: ideſt priuando: quia teſtibus captus ſit ergo caſtratus. Hircus aũt nõ ẽ caſtratus: Hinc Marcialis cum in illum qui hircum interficere uolens ſibi ipſi lapſu cultri teſtes amputauit ſcribit. Dum iugulans hircum factus eſſe ipſe caper. Eadem ratione in equis cãteris: in ſuibus maiales: in arietibus uerueces: in gallis gallinaccis capos qui emaſculati ſunt appellamus. Funeratus morti datus. Arboris ictu de quo iam ipſe ſcripſerat. Feſtus: non ſolum matronis: ſed mihi priuati: Dimouebit remouebit. Corticem fumum aſtrictũ pice. An appellat corticem cruſtam e pice illitam amphorę. & dicit fumum pro fumum. Nam apud antiquos picabant ideſt pice obturbant uaſa uinaria: & fumo durabant: ut apparet apud Columellam & Varonem: Vel corticem dixit ex ſubere aſtrictus pice. Tullo. i. m. tullio ciceronc: in quo conſulatu natus eſt Auguſtus. qui tempore noſtri poetę iã plures annos regnarat. Cythos ſunt qui dicant cyathum fuiſſe ſextam partem ſextarii autem plinius in libro. xxii. naturalis hiſtorie ſcribit cyathum per ſe pendere drachmas decem. Centum numerus pro numero eſt. Quaſi dicat lętitię cauſa proferemus conuiuium ad ipſam lucem. Vigiles quaſi dicat accenſas: ut contra ſopitum ignem dicimus cum non lucet Vir: Et primum herculeas ſopitis ignibus aras. Excitat. Mittet. c hortatur ut ueniat omni cura ſoluta. Super urbe ideſt de urbe Virgilius. Multa ſuper priamo rogitans ſuper hectore multa. Laudat autem moderatem: cum oſtendat illum dę rebus publicis ſolicitum anxiatumque eſſe. Cotiſonis rex hic dacorum fuit: qui cę

Octauianus superauit. Medus .idest parthus. Non é ergo metuendus: qa q̃uis nobis infestus sit: tamen quoniam bello ciuili laborant: non sunt timendi. Parthi igitur post mortem Pacori in ciuile bellum hac ratione inciderunt, nam Phrahartes ueritus ne quis ex fratribus suis succederet in regno: patrem suum & suos, xx. x. fratres trucidauit. Quum & paulo post cum infensos sibi optimates propter tanta scelera uideret: nequis forte restaret qui res creari posset: adultum filium interfici iubet. Inde pulsus in exilium tam diu precibus scythas fatigauit: donec illorũ auxilio in regnũ restitutus è. Quapropter Tyridates qui illo exulante res a parthis creatus erat cum magna manu amicorum ad Cesarem Augustum in hispania tunc bellum gerentem confugit. Seruit hispanę o.l.h. Nec temere potuisset persuadere macenati: cui maxima circa rempub. cura esset: nisi ostenderet sũmam imperii tranquillitatem. Neq; erat ex officio poetę auertere illuz ab administratione: si patria consilio suo indiguisset

Sospitis centũm & uigiles lucernas
Perfer in lucem procul omnis esto
Clamor & ira.
Mitte ciuiles super urbe curas:
Occidit daci cotisonis agmen
Medus infestus sibi luctuosis
Dissidet armis:
Seruit hispanæ uetus hostis oræ
Cantaber sera domitus cathena
Iam scythæ laxo meditantur arcu
Cedere campis
Negligens nequa populus laboret
parce priuatus nimium cauere: &
Dona præsentis cape lætus horæ: ac
Linque seuera.

Ad eos qui in amore instabiles sũt. Ode. ix

ONec gratus eram tibi
Nec quisquã potior brachia candidæ
Ceruici iuuenis dabat
Persarum uigui rege beatior:
Donec non alia magis
Arsisti: neq; erat lydia post chloen:
Multi lydia nominis
Romana uigui clarior ilia
Me nunc thressa chloe regit
Dulcis docta modos & citharę sciens
Proqua non metuam mori
Si parcent animæ fata superstiti
Me torret face mutua

Cantaber. pro cantabri populi sunt hispaniç de quibus dictum é: qui diu contumaces aduersus imperium romanum fuerant, Cathena. pro seruitute posuit. Scythç. refert suetonius quod indi & scythç audita moderatiõe Augusti qui solo auditu romanis cogniti erant legatos romam ad romanorum amicitiã petẽdam miserunt. Laxo arcu. nam qui sagittare desinunt arcum quem prius tetenderant: relaxãt. Milites uero q hoc faciunt uictos se fatentur Virgilius, Sed laxos referunt humeris languentibus arcus. Negligens. idest securus. nam qui securi sunt & sic solicitudine negligente reduntur: Contra uero securum pro negligente posuit Maro. Claz ferro icautũ aggredit securus amorũ. Parce priuatus. magno artificio persuadet quietem a curis publicis: primo quia nulla impendent pericula. Deinde quia priuatus tunc sit & non consul. Postremo etiam temperaui qui non absolute dixit parce cauere: sed parce nimium cauere. Non igitur prohibet illi: quanuis priuatus sit: ne omnino cauear: sed ne nimium. Nam modum excedens in uitium caderet: neq; cautio illa etiam: quę cadit in sapientem: sed metus qui insapientem cadere non potest.

ONec gratus eram tibi. Lepidum carmen auditoribus & ex ipso dialogo iocundus. Sed amatiori exprobatione inuicem amator amicaq; se incessunt. Donec. q̃dius & tanq a matre ponit sũmum bonum esse frui re amata: neq; persarum regno anteponit. Potior. Proprie is dicitur: cui ius plus fauet: sed pro meliore potentioreq; ergo potior quasi qui priores partes apud te haberet: & magis in corde tuo regnaret. Donec. respondet lydia: & retorquet carmen in illum ostenditq; q dum amata é: semper amauit. & amare insultans eadem ratione respondet quod non fit sine felle. Demonstrat preterea efficatius inducẽs amorem chloes initium discidii ab illo prouenisse. Et cũ demonstrat se clariorem ilia fuisse affert efficacissimam causam: qua facile credat se ab illa amatum quoniam glorioseç cum sint mulieres suum nomen celebrari sumopere gaudent. Me nunc. respondet poeta & prouocatus latenti felle in mulieris uerbis concitatior fertur & animum penitus immutatum fatetur. Regit amatorium uerbum. q.d. pro suo arbitrio mihi imperat. Nodos numeros musicę. Anime superstiti. q d. dimidium é ipsa animę mee: neq; recusabo. Mori. si modo anima mea quę in illa é supstites mihi euadat mortẽ subire non recusabo. Me torret. maiora respondet: nam non se in ptãte adeleścẽtis esse dixit ut illç in potęstatę amicę: sz mutuo ab illo amari. Calus. nomen amantis. Thurini a turio bruciorum oppido.

Aeneo.pro eneo per diæresim metri causa. Nam cogit ẽneo duo sunt dactili in uersu asclepiadeo. Aeneo ergo ferri:nam hoc metallum ferro durabilius est:quoniam rubiginem nõ sentit Virgilius.Et centũ uincŷ aenis. Prisca uenus priscus amor. Excutitur eiicitur e pectore meo.Quanquam bene dicenti bene respondet: Sed tamen quantum sibi concedat:non tacet quę liquat pulchertimum amatorem:& reuocet hominem & leuem & irracundum:& perpetuo uinculo se illi obligaturam promittat.

Extremum thanaim si biberes lyce.Gravis querela in crudelitatem lyces.Quę duricia plus quaꝫ barbarica sit

Extremum.putarunt physici qui loca frigidissima incolunt eos durioris esse animi:præsertim si asperiora incultioraque sint Virgilius.Duris genuit te cautibus horrens. Caucasus hyrcanęque admorunt ubera tygres. Extremũ. quia thanais ab extrema scythia & ab ipsis hyperboreis montibus fluit:ultra quos nulla est cognitõ terrę habitabilis:propterea que extrema pars putatur. Si biberes.si barbara esses & ibi nota.

Plorares obicere idest non posses ñ plorare cũ obiceres. Incolis:nam ad hyperboreis descendũt aquilones ut thanais. Ergo thanais incolę sunt. Ouidius.Scythiam septemque triones:horrifer in uastos borcas. Obiiciere hoc uerbum aut in te noxia dicimus:ut obiecit leonibus:& sic in hoc loco:

Aut repagulum obstaculumque opponi intelligimus:ut cum ualidam aciem hostibus irruentibꝫ opponimus. Audis ergo non latet te.Offendit autem omnia adesse quę frigus augeant noctem: aquilones:niues:& glaciem:& acrem serenum. Inter tecta nam maiores domus impluuia habẽt porticibus circundata:in quibus arbores etiam solent. Virgilius de priami regia. Aedibus in mediis nudoque sub ætheris axe ingens ara fuit:iuxtaq; ueterrima laurus. Ingratam.nam uenus humanitatem affabilitatemque desiderat. Ne currente sententia est ne fortuna quę nunc tibi fauet retrocedat & translatio a curru qui funibus tragatur per ardua:qui funis remittatur: relabitur: & retrocurrit. Rota idest curru:ut sit pars pro toto: uel erit rota pro trochilo. Nam solemus trahere funes per trochleas quo facilius trahentem sequantur uolub litate rotulę illius:& pondus alligatum subleuet qui funes si & trahentis manu dimittatur:statim relabitur retrotrahente ponderc:Quapropter tibi nunc omnia procedunt & uchementer amaris sed cauc:ne ab amaro quandoque contemnaris: ut tu nunc me amantem contemnis. Penelopem. de huius castitate referta sunt omnia filia fuit Icarii seu icarioti & Vlyxis coniunx:quę aduersante etiam patre & illam ad nouas nuptias eliciente casta tamen ad uigesimum annum quanuis multis procis soli citata permansit. Non ergo genuit te pater similem penelopes:ut ita te difficilem prębeat O.uel optantis est Virgilius. Quanquam o sed superent quibus hoc neptune dedisti Vel ita legendum:ut Seruius interpretatur illud Maronis Osormose puer. Legit.n seo:sũ ut sit initiũ orationis amare:q̃ in illũ iuchat. Deinde uerẽs illius irã reprimit sc:& mutat cerationẽ. Pallor amãtiũ nã assidua cura pallescũt. Oui. Palleat ois amãs color è hic aptus amãti. Tinctꝰ.u.nã talis è qlẽ i uiola de prehẽdib⁹, Nęc curuat.i.flęctit tę.in amotẽ meũ uir tuus saucꝰ pieria.i.captus amore pieriç. Pellicę q̃ tibi

Thurini chalais filius orinthi
Pro quo bis patiar mori
Si percent puero fata superstiti
Quid si prisca redit uenus
Diductosque iugo cogit æneo
Si laua excutitur chloe
Reiectæque pater ianua lydiæ
Quanquam sidere pulchrior
Ille est:tu leuior cortice & imbrobo
Iracundior adria
Tecum uiuere amem tecum obeam libens:

Ad lycen: Ode.x

DICOLOS.

Extremum thanaim si biberes lyce
Seuo nupta uiro me tamen asperas
Porrectum ante fores obiicere incolis
Plorares aquilonibus.
Audis quo strepitu ianua quo nemus
Inter pulchra satum tecta remugiat
Ventis & positas ut glaciet niues
Puro numine iuppiter.
Ingratam ueneri pone superbiam
Ne currente retro funis eat tota
Non te penelopen difficilem procis
Tyrrhenus genuit parens
O quãuis neq; te munera nec preces
Nec tinctus uiola pallor amantium
Nec uir pieria pellice saucius
Curuat tupplicibus tuis
Parcas:nec rigida mollior æsculo

pellex é. Sententia sit: si non flecteris meis prçcibus: moueare saltem iniuria mariti tui: qui piciam te cõtempta amat & assent ire mihi: ut par pari re eras. Parcas supplicibus nam summa duritia é non parcere iis qui tibi supplices sũt

Mollior. flexibilior. Aesculo. species é quercus. sed nunquã frondibus spoliatur. Mauris. nam lybia harenosa pessimis generibus serpentum abundat. Nec hoc. q. d quod tuum é. Semper erit. noluit minari se suo illam iudicio desertum. Quę res iracundiam mulieri prouocare potuisset: sed ostendit necessitate id cuentuum: ut & illi suspitionem initiat: & se culpa liberet.

Nec mauris animo mitior anguibus
Nec hoc semper erit luminis aut aquæ
Cælestis patiens latus

Ad Mercurium. Dicolos. Ode. xi.

QErcuri nam te docilis magistro
Mouit amphyon lapides canendo
Tuq; testudo resonare septem
Callida neruis
Nec loquax olim: neq; grata: nũc &
Diuitum mensis & amica templis
Dic modo lyde quibus obstinatas
Applicet aures.
Quæ uelut latis equa trima campis
Ludit exultim: metuitq; tangi
Nuptiarum expers & adhuc proteruo
Cruda marito.
Tu potes tygres comitesq; siluas
Ducere: & riuos celeres morari
Cessit immanis tibi blandimenti
Ianitor aulæ:
Cerberus quãuis furiale centum
Muniant angues caput eius. atq;
Spiritus tẽter saniesq; manet
Ore trilingui.
Quin & ision: tiotisq; uultu
Risit inuito: stetit urna paulum
Sicca: dum grato danai puellas

QErcurii. nam te docilis magistro Mercurium inuocat: ut lyrę reptor: lyrę suauissimum prçstet sonum. quo amice mẽtem flectat. Ode in gẽe deliberatiuo uersatur: sed procmiu icẽ obtinet principium. Captat enim beniuolentiam cum laudet cum ab arte. Laudet itidem a discipuli doctrina: quę in illum redundare uidetur. Excedẽs tamen loco ostendit facilitatem petitionis. Nam si ita instruxit amphionẽ: ut posset mouere saxa. multo facilius an prçbere suauem cãtũ. hoc idem facit & alii exemplis. Mouit lap. arguit a maiori. Nam multe facilius é cor mulierculę mouere. De Amphyone dictum é in principio. Septem neruis septẽ cordis. Neq; lequiuax. i. sonora. Neq; grata sua suauitate. Olim dum nondum a mercurio instituta esset. Nunc uero posteaquã mercurius te instituit grata es. Mensis: conuiuiis. Templis quia & in sacris adhibebãt musicã. ut illud iflauis cũ pigneis cliris tyrrhenus ad aras. Dic modos. i. musicã modulationẽ Quibus. s. modis. Et q̃uis eis generis sit erat tamẽ i foeminino apud antiquos quibus ut duabus. Obstinatas. i. lydię obstinatę. Trima. quę in triennii sit. Dicimus enim binum trimum: & quadrimum Sed etiam dicimus hornum: idest huius anni. In trimatu autem nondum uenerem sentiunt equę. Exultim exultando & per saltationem. Cruda. i. matura. Contra Virg. Iam matura uiro iam plenis nubilis annis. Proteruo. procaci. Dixit autem et nuptias & maritum per acyrologiam. Nam improprie dicuntur hęc nisi in humana specie. Tigres. quę ferę sęuissime sunt comitesq; s. l. ut potuit in orpheo. Cessit in. m. cerberus. nam fingũt. Orpheum cum inferos petisset. ut. Eurydicem reduceret: omnes tortores omnesq; portas umbras sua lyra demulsisse & mitigasset. Ianitor. ianuę custos Properi. Ianitor addantes uigilet. Cerberum intelligit sic. Vir. Te stygii tremuere lacus: te ianitor orci. Sz de cerbero & quare Vir. inducat illum nolle Aeneam admittere: Et quare contra fingat Hesiodus uenientes quidem animas blande illum excipere: sed egredi cupientes prohibere: & quedam alia quę ad altiorem speculationem spectant nos in nostris dialogis chamaldulensibus in quibus uirgiliane allegoriç continentur pro uiribus exprimere conati sumus. Centũ an. numerus é pro numero. Spiritus teter. ut etiã spiritu qui propter saniem earum quas uerat animas grauis fetidusq; é nocere possit. Sanies in corpore animantis humore integer incorruptusq; quo corpus uiget: alitur q̃; succus dicitur. Ter. Corpus solidum & succiplenum Sine aũt morbo morteue corrũpit pus saniesq; uocat. Ore trilingui ex triplici ore: unde tres linguę sint. Qui & isiõ. Hui⁹ fabula expressa é. Sz ipse apd̃ iferos hac pena cruciat. ut rotę inter sese pẽtes alligat⁹ assidue & sine reqe circũagat. Qui. Voluit isiõ dũ se seq̃; fugit q̃;. Tytios ntũs grçcos. Inuito uultu. n. ã & si uult ã cruciat⁹ cõtraheret. tũ uoluptas lyrę ad risũ porrigebat. Stetit. s. restitit paulũ: & ppsiccata é. i. dũbre ui mora dsinũt. beudęs ab auriẽda cuacuata é ũda. Vrna ab auriẽdo dcã. nã otio ãtiq; ũ ucrbũ pcdsig Pucl. silias ut

pueros pro filiis ponimus. Audiat lyde audiat mulier quę mihi crudelis est qua poena afficiantur illę quę crudeles in suos amantes fuerunt. Et profecto mirum poetę fuit ingenium qui exemplum quod ad petitionis suę facilitatem probandam adhibuerant: etiam ad mitigandam lyde ferocitatem efficaciter traducat. Propterea que omissis aliis quibus facultatem probauerat: in hoc moratur ad id quod iam dixi perficiendum: At tum unam laudando quę pia in maritum fuit: tum cęteras uituperando lyden in se inclinare nititur. Longus quasi dicet ętemus ideſt mors. Non times auget ſce us illarum qđ in eos ſęuierint: qui omne ab illis auxilium ſpectaſſet. Me pater non ſolum illi remiſſura ſupplicium eſt uerum etiam in ſe ſi oporteat ſuſcepturum: ut uir euadat. Maximus ergo amor quo maritum non modo parenti pręceptis: ſed ſuę etiam uitę anteponat. Me pater non abre eſt explicata narratio: nam quanto magis immoratur impietate Hypermeſtrę: tanto uehementius mollire lydem ualet. Quod uiro ſapienter ita uitat crudelitatem in maritum: ut ne tamen i parentem impia dici poſſit. Nam demonſtrat ſi ſupplicium ſubitura ſit iniuſte ſubituram: & poenam pro eo daturam: pro quo premium mereat. Plectetur enim qđ pepercerit uiro: qui iure naturali cęteris ſit preferendus. Pepercerit miſero: qui etiam externos mouere poſſit. Oneret. c. quod ſupplicium uel morte grauius ſit. Morte enim omnes labores finimus: Carcere autem miſeria in longum extenditur. Nec temere dixit oneret: ut non ſolum uinculis conſtringatur corpus colligatum: ſed pondere qnoque deprimatur. Vel ext. ſingula uerba pondus hent primo enim dixit releget: in quo excluditur redit⁹ In extremos unde audire quidem quę apud meos gerantur poſſim. Numidarum ergo apud eſferatos & immaniſſimos barbaros. Quod etiam Dido conqueritur. Hinc nomadę inferni cingunt Claſſe ergo difficilius ſt redire. Ipedes oſtendit ita properato opus eſſe: ut non detur ſpatiū prius conſultandi quo potiſſimum ſit fugiendum: ergo In quo rapiunt ideſt rapti ferunt. Redes ad terreſte iter referas. Vel aurę ad nauigationem Dum fauet nox. nam quam primum illuxerint: adempta erit omnis euadendi facultas. Et uen⁹ amor meus in te. Querelam memorę ideſt qua omnes qui legent in memoriam noſtri ueniant. Idem poene deprehendes apud Naſonem in hui⁹ puellę epiſtola. Defunctaq; uita corpora fuit tuis i ſuper adde rogis. Et ſepeli lachrymis perfuſa fideliter oſſa. Sculptaq; ſint titulo noſtra ſepulchra breui. Exul Hypermeſtra precium pietatis iniquū. Quā mortem facti depulit ipſa tulit.

Carmine mulcent
Audiat lyde ſcælus atque notas
Virginum pœnas & inane lymphæ
Dolium fundo pereuntis imo
Seraque fata:
Quæ manent culpas etiam ſub orco
Impie nam quid potuere maius?
Impie ſponſos potuere duro
Perdere ferro.
Vna de multis face nuptiali
Digna periurum fuit in parentem
Splendide mendax: & in omne uirgō
Nobilis æuum:
Surge quæ dixit iuuenis marito
Surge ne longus tibi ſom nus unde
Non times detur: ſocerum & ſæleſtas
Falle ſorores:
Quæ uelut nacte uitulos leenæ
Singulos heuheu lacerant: ego illis
Mollior: nec te feriam: nec intra
Clauſtra tenebo:
Me pater ſæuis oneret catheris
Quod uiro clemens miſero peperci.
Me uel extremos numidarum in agros
Claſſe releget:
Ipedes quo te rapiunt & auræ
Dum fauet nox & uenus in ſecundo
Omine: & noſtri memorem ſepulchro
Sculpe quærelam.

Ad neobolē nō eſſe uitā ſuauē ſine amorē, ode. xii.

MONOCOLO

Miſerarum eſt neque amori dare ludum

Miſerarum eſt neq; amori dare ludū, Metri ſotadicū dicit: ut numer⁹ ſi potius q̄ meſura. Cōſtat. n. ex ionico minore: & e primi⁹ uerſib⁹ trimetrū. i. habet tres ionicos ſic. Miſerae e Nequamori. Dare ludū. In ſecundo uero uerſu ſic. Neq; dulci Mala uino. Lauere aut ex. Tertius uero uerſus tetrameter. i. q̄ttuor habet ionicos. Quod ſi ē: Ita ſcribendi ſūt i eod ce uerſ⁹ e miſerarū neq; amori dari ludū. Neq; dulci mala uino lauer aut ex Aniari metuētes patruę uerbera linguę Ergo erūt e tres uerſ⁹ & nō q̄ttuor: ut i multis eodicib⁹ ponūtur: Eadēq; rōne tertius ab hoc ſcribet ex q̄ttuor ionicis ſic: Studiū aufert neobolę liparcini or hebri: ut hic unus uerſus ſit: & ñ duo. Sic et Bellorophōte neq; pugno: neq; ſegni pede uict⁹: Sic ultim⁹ erit. Celer alto latitantē fruticeto excipere aprū. Sed ut ad ſniam ueniam⁹ Rē ſuauitatē ei oſtendit: ſiqs ita pdite amet ut ſemp anxius uiuat. Nā tūc opo[illegible]illū miſerū eē: Alii dicūt ſniam eē: q̄d qui uehemētiſſime amant: non dāt ludum amori ideſt non dęludunt amorem: & iunc exponemus miſęrarum. i. earum quę miſerę ideſt

uehementer amat. Nam & perdite: & misere amare ẽ uehementer amere. Alii pręceptum poęte esse uolunt: ut sit amâdum: sed ita amandum: ut non impediatur amore: quin cum uelint aliquam iocunditatez ludumue percipiant. Nã istud misere amare. Vel potius dicamus sunt profecto miserę mulieres: quę neq; in amore ludum. i. iocunditatem inueniũt: idest quę non capiunt uoluptatem in amore: neq; uino hilarantur ita: ut a se pellant curas. atq; sollicitudines: & rursus sunt etiam miserę illę: quę metuentes uerbera patruę linguę. i. quę metuentes infamiam & censuram ex animãtur idest magno metu afficiuntur: ut iam & ad uoluptatem ex re uenerea & ex uino percipiendam: & ad grauiores de se censuras continendas Neobolem hortari uideatur

Neq; dulci mala uino lauere aut ex
Animari meruentes patruæ uerbera linguæ
Tibi qualum cithareæ puer ales
Tibi tales operosæq; mineruæ
Studium aufert neobole lyparei nitor hebri
Simul unctos tyberinis humeros
Lauit in undis eques ipso melior
Bellorophõte neq; pugno neq; signi pede uictis
Catus idem per apertum fugientes
Agitato grege ceruos gratulari: &
Celer alto latitantem fruticeto excipere aprum

Mala curas & sollicitudines. Lauere respexit ad naturam liquoris. Nam ut uinum potest lauare maculas & corpore: sic dicitur lauare mala: quia remouet illa ab animo. Et ẽ lauere non a lauo. as, sed lauo uis. Sic Vir. Lauit improba teter cra cruor. Et plautus in pseu. Gesta tabellas eas lachrymis lauis. Plura enim uerba in diuersis coniugationibꝰ antiqui posuere. ut nexo as: uel nexis sono as, uel sonis: Lucr. Caligare oculos. Sonere aures. Exanimari metri necessitate diuisit. hanc dictionem ergo uehementer cruciari. Verbera acerbiores reprehensiones: quę: ut ferũ corpus ita illę animum uerberant.

Paternę acerrimę ac seueriſſime. Nam patrui uehementius corrigunt q̃ parentes: quia nec amor illis in nepotes deest: & nimia illa parentuꝫ indulgẽtia abest. Quapropter in prisca romanorum seueritate erat ut fratribus alendos suos filios darent parentes. Hinc Persius. Dum sapimus patros. Et Cicero pro Celio Diceret aliquis censor patuus. q. d. censor seuerus. Qualum pro uase & cistula uiminea posuit: in qua mulieres ponebãt pensa lanę: aut alia in quibus laborabant. Ceterum quales dixerunt a colando. per quos guttatim uinum effunderetur: reliqua uero materia exire prohiberetur. Illos a colando ut etiam cola dici credit. Seruius Vir. Tu spisso uimine qualos. Colaq; prelorũ fumosis deripe tectis. Ale puer cupide quia latus ẽ: & filiꝰ Veneris: quę a cytheris insula cythera dicta ẽ. Hebri adolescentis nomen est & non fluminis In hoc loco. Lyparei pro lyparensis ab insula una ex uulcaniis. Vnctos ne aqua frigiditatem nantes sentirent: olei caliditate temperant. Melior doctor. Vir. bonum pro docto. Cur non mopse boni: quoniã conueni-

LAVS FONTIS BLANDVSI. ODE. XIII.

TRICOLOS.

O Fons blandusiæ: splendidior uitro
Dulci digne mero: non sine floribus
Cras donaberis hædo
Cui frons turgida cornibus
primis & uenerem & prælia destinat
Frustra nam gelidos inficiet tibi
Rubro sanguine riuos
Lasciui soboles gregis
Te flagrantis atrox hora caniculæ

mus ambo: tu calamos inflare leues ego dicere uersus. Bellorophonte. quem oportuit esse optimum equitem: cuꝫ potuerit uti pegaso equo alato. Neq; pugno. i. arte pugili. Sic supra Hunc equis illum superare pugnis. Pede cursu pedestri. Neq; Victus segni pede. i neq; uictus pede: qui qdem uictus esset: si pedem segnem haberet. Catus ingeniosus. Nam κάϊω uro significat: & ii qui habent sanguinem calidiorem prudentiores sunt unde dicti sunt catones Iaculari iaculis configere: & laudat inuenationis artem sagittandi. Excipere laudat a fortitudine. Fruticeto. frutices sunt minores arboribus & maiores herbis: ut sunt rubi & lentes & similia: quę siluas iplicatas & inuias reddunt & ut aquercubus sit quercetum: sic a fruticibus fruticetum: Exippe autẽ proprie ẽ: cum ueluti in insidiis collocati expectamus: ut ueniens incautus in nos incidat: ut parati in paratum facile oppr mamus.

O FONS blandusię. Res festiua & stilus comicus. Pollicetur fonti in suo agro constituto sacrificium & celebritatem nominis. O fons blandusię: idest fons blandusinus. Sic alibi ẽ urbs brutoti. Erat autem in suo agro sabino. Fons uel quia aquas foueat: uel quia ibi aquę ferueant: idest scaturiant. Dulci digne mero. Nam suauitas tuarum aquarum digna ẽ: ut illa dulci uino admisceantur. Donaberis ę. non. f. f. idest hędo floreis sertis ornato. Frons. Tur. e. In qua iam turgescant cornua. Destinat decernit. Vir. Et me destinat arę. Sed non frõs destinat sibi prelia & uenerem sed ipse sibi destinat: cum peruenerit ad eam ętatem. in qua frons turgescat Frustra nam. morte peruenietur: & sic inficiet idest maculabit riuos sanguine. Riuus ẽ aqua ex fonte fluens ab eo quod ẽ ῥέειν idest fluere. Neque riuos nisi de paruis dicimus: cum maiorem cõgeriem in plures riuos deducimus. Tibi ad tuum honorem. Lasciui Gregis. lasciuum enim animal capra ẽ.

Hora Caniculę dies caniculares qui ingentes calores inferunt. Persius En quid agis siccas isana canicula messes Iandudum coquit. Nullo ergo tempore calescit. Frigus amabile id frigus quod delectet non autem noccat. | Me dicente ideſt laudante. ut Prima dictę mihi summa dicendę camena. Fies fontium nobilium ideſt efficieris unus ex nobilius fontibus: cum ego laudabo. Ilicem impositam cauis saxis. q.d. laudabo te euntem ex antro cui immi net ilex: quę umqam amoenam prębet. Loquaces murmure sonantes. Sed impropric dixit: cum loqui solius homi nis sit. Sed noluit notare suauitatem soni. Herculis ritu modo. Maxima cū gloria romā ab hispania repetebat Au gustus deuictis cantabris populis barbaris atquę bellicosissimis. Hunc ita laudat poeta: ut Herculi illum comparet. Nam ut ille extincto Gerione in genti uictoria illustratus olim. Pallanteū ubi nūc roma est uenit: sic & Augustus deuictis cantabris triumphaturus romam nunc redit: Sit autem or do. O Plebs: ideſt romane populę Cęsar uictor re petit poenates ideſt domum ab hora hispana dicę scilicet cum prouinciam profectus ę petiisse laurū uenale morte. Nam uictoria non acquiritur nisi contemptu mortis. Herculis ritu non enim aut ambitionis aut auaritię gratia illuc accessit: sed ut populo pacaret: quod proprium fuit Herculis. Laurum triumphum: in quo lauro coronabantur duces. Venalem quicquid uenditur uenale ap pellat. Vni cog. Recte ergo statim a principio sermonez a populo conuertit: quoniam ad omnes pertinet hęc uictoria. Vnico marito. nam quę cupit unicum habere maritum: gaudet illum sospi tem reuertisse. Gaudet etiam reuenisse Augu stum casta mulier. Nam ipse legem iuliam tulerat de adulteriis cohercendis. Alii intelligunt mu lier: ideſt liuia drusilla uxor. Octauiani: quam ipse de Tyberio nerone grauidā abduxit: ac diuor tio cum. Scribonia facto propter morum peruer sitatem: sibi uxorem fecit. Vnicęque semper di lexit: quanuis nullos ex ea susceperit liberos. O perata sacra faciens. Operari enim sacrificare ę Virgilius. Lęnis operatus in herbis. | Iustis nam bene de illis meritum Octauianum seruaue rant. Soror. Octauia: quę Antonii uxor fue rat. Supplice ea quę in suppliciis deorum ntebā tur. Vitta dicitur autem uita quod crines caput qui uinciat uirum ex ideſt nuptę. Male nomina tis ideſt quę nominata malum omen inferret. Per antistitem enim sacrorum indicebatur silentium: Illud est enim fauete linguis. Vere festus: quoniā affert summam lętitiam: cum simus a periculosissi mo bello liberati. Festi enim dies instituti sunt: ut animus lęticia relaxetur. Atras noxias & quem atram bilem ideſt melancoliam possint excitare. Ego nec. r. Tantum repono in uirtute ac iustitia Cesaris: ut dū ipse iperiū regit: nihil timeā. Mar si Duelli ideſt socialis belli qd maxime opera mar sorum populorum excitatum est: & dictum bellum sociale: Cuius causa fuit. M. Liuius drusus: qui ut senatus causam susceptam tueretur italicos populos spe romanę ciui tatis solicitauit: qui cum ille promissa prestare non posset irati defecerunt. Initium sumptum est a picentibus uesti uis marsis & pelignis. Spartacum uagantem. Nam hic suo seruili exercitu italiam populatus est neque pepercit ca dis uinariis & ipsi uino nisi quod ita absconditum fuit: ut illud ipse non inuenerit. spartacus iste exthracia seruus gladiator fuit capuę in ludo Lentuli. sed inde cū Cryso socio & cum septuagita q̄ttuor ęiusdē cōditōis hoibus fugiēs

Nescit tangere: tu frigus amabile
Fessis uomere tauris
Præbes & pecori uagō
Fies nobilium tu quoque fontium
Me dicente cauis impositam ilicem
Saxis unde loquaces
Lymphæ desiliunt tuæ:

Ad romanos Ode. xiii:

DICOLOS:

Herculis ritu modo dictus ō plebs
Morte uenalem petiisse laurum
Cæsar hispana repetit pœnates
Victor ab ora
Vnico gaudens mulier marito
Prodeat iustis operata diuis
Et soror clari ducis: & decoræ
Supplice uitta.
Virginum matres iuuenumqūe nūper
Sospitum o uos pueri o puellæ
Iam uirum experte mala nominatis
Parcite uerbis
Hic dies uere mihi festus atras
Eximet curas ego nec tumultum
Nec mori per uim metuam tenente
Cæsar terras:
Ipete unguentum puer: & corona
Et cadum marsi memorem duelli
Spartacum siqua potuit uagantem

exercitum primo ex fugitiuis ad tria milia hominum colligit per omnia loca populabundas uagabatur:ac breui ad cō tum milia seruorum coegit. Primo autem prelio male a claudio pulchro legato & a.P. Valerio prętore pugnatum est Secundo prelio Crysus cum.xx.milia fugitiuorum. Q. Arrio prętore cęsus é. Mox Spartacus. C. Cassium & Gn. Mallium prętores superauit. Postremo. M. Crasso prętori bellum traditum est. Qui primum cum parte fugitiuorum q̄ ex gallis germanisq; consabat pugnauit:atq; ex iis.xxxv.milia.cęcidit. Postremo Sparta cum ipsum cum. xl. milia interfecit. Argute sonorę Virgilius Menalus argutūq; nemus pinusq; loquentes semper habet. Ergo Argutę quoniam optime caneret. Cohibere nodo.idest colligare & conere. Mirrheum:idest unguentatum.a myrrha autem dixit myrrheū.si autē sit murrheum:erit ex mutatiōe litterę.y.in.u.ut.mys.mus dicitur.imperat ergo puero:ut aduocet necram.sed tamen si non quam primum a ianitore admittatur: q̄ euenit ex superbia mulieris redeat illa insalutata. Nec cum illa rixętur Hoc iccirco nunc se passurum dicit.quoniam per senectutem referbuerit in eo bilis.Sed in iuuentute non passus fuisset illa nimis in calescente. Albescens.propter caniciem. Lenit mitigat: Animos animi uehementes impetus:& propterea cupidos contentionis. Ferrem protulissem. Calidus iuuenta & in quę bilis uehementer sanguinem ad iram accendit.

Fallese testa
Dic & argutæ properet necęæ
Myrrheum nodo cohibere crimen
Si per inuisum mora ianitorem
Fiet abitō.
Lenit albescens animos capillus
Litium & rixæ cupidos proteruæ
Non ego hec ferrem calidus iuuenta
Consule planco

AD CLOREM. ODE. DICOLOS. XV.

Uxor pauperis hibici. Per hanc mulierē admouet quantum dedeceat senem ea sequi:que iuuenum sunt. Vxor pauperis hibici. Omni executione illam spoliat:cum non diuitiis abundet:quę cum ocium prębeant: accendūt uoluptates. Sed paupertate pręmatur:quę iuuenes quoq; a uoluptatibus arcere possit. Vnde Iuuenal. Prestabat castas humilis fortuna latinas. Tandē cum iam satis superq; huiusce modi rebus indulseris. Vituperat ergo a diuturnitate. Nam probe monet Iuuenalis. Breue sit quod turpiter audes. Nequiti epetulanti & libidini. Famosis infamibus:ut demonstratum é. Labores autem appellat anxietatem erga corporis cultum. Vnde infamiam contrahit. Maturo funeri.maturę morti.nam & si omni ętati accidere mors possit:tamen indubitata est senectuti. Inter ludere uirgines. Ludere inter uirgines. Duplex uitium; & quod uetula ludat:& quod ludat inter uirgines. Et stellis. Mira similitudo. Nam eam maculam uidetur anus afferre uirginibus:quam affert nubes stellis. Pholoe que iuniore te é quanuis forte non sit uirgo. Filia rectius. Vituperanda est omnino mulier:quę in quacunq; ętate ita petulans sit:ut ultro uiros.petat Sed tamē magis hoc conceditur filię quā tibi:quoniam datur aliqua uenia teneris annis. Thyas sacerdos bacchi furore concita. Nam θύειν furere & sacrificare é. Noti.nomen é uiri. Prope luceriam speciem pro genere. Ceterum lucceria urbs é apulię:quę ausonum colonia fuit.non ergo decent res lasciuę. Nec decent cadi poti tenus fęce uetula.i.usque ad fecem uetulam.Sentētia é:non decet te interesse potationibus:ubi sint & optima uina qa uetula & multum bibatur:quia tenus fęce cadi.

Pauperis hibici
Tandem nequitiæ pone modum tuæ
Famosisq; laboribus
Maturo propior desine funeri
Inter ludere uirgines
Et stellis nebulam spargere candidis
Non siquis pholoen satis
Et te clore decet:filia rectius
Expugnat iuuenum domos
Pulso thias uti concita tympanō
Illam cogit amor noti
Lasciuæ similem ludere capreæ
Telanæ prope nobilem
Tonsæ luceriam non citharæ decent
Nec flos purpureus rosæ
Nec poti uetula fæce tenus cadi

AD MOECENATEM. ODE. DICOLOS. XVI.

INclusam danaem. Demonstrat auro omnia patere propter hominum auaritiam. Et se sibi modum instituisse in cupiendo. Satisq; esse ea que ad necessitatem spectant. Danaem.acrisius abantis filius ab oraculo accepe rat se nepotis manib⁹ periturū:Cū ergo unicā haberet filiā:ne ide filio⁹ nascereę puellā i turri ęnea iduisit:caq; uitq; appositis custodibus ne qs ad eam uir admitteręt. Iuppiter ät puellę amore corrept⁹:cū alia uia ingressus non

pateret se in aurum conuertit:ac per impluuium in puellę greminum incidit: ibique informam pristinam reuersus. Danaem compressit:Indeque Perseum peperit. Qua fabula ostenditur omnia auro expugnari posse acrisius recognita ex partu filię illam cum nato in arcula misit:atque in mare portari iussit. Delata fluctibus in italiam est arcula:atq; littoribus appulsa ad Pilumnum Turni auum conuecta est.Cognouit patriam genusque rex: atque illam coniugem assumpsit.Perseus autem cum adoleuisset ad gorgonas profectus:& scuto chrystalino Palladis & falcato mercurii ense suffultus meduse caput abstulit quo & multos prius alios in saxum conuertit:& tandem Acrisum auum:quo extincto regnum sibi uendicauit. Aenea ut fabulę dicunt.Sed nonnumquam pro forti capitur. Hinc eneus axis. Vigilum canum. Solertissima est & fidissima canum custodia:qua principes uti consueuerunt: Virgilius de Euandro Nec non & gemini custodes limine a balto precedunt gressumq; canes comitantur herilem. Tristes seuere ergo incorrupte. Sed Iuppiter & uenus quasi amor facultas pecunię. Nam cum homines amant neque deest quod dent omnia assequi possunt. Fore enim tutum subandi sciebant. Conuerso in pretium deo idest ioue se in aurum conuerso quod pretium illi esset:& pene allegoriam figmenti demonstrat.

INclusam danaen turris ænea
Robustæque fores & uigilum canum
Tristes excubiæ munierant satis
Nocturnis ab adulteris
Si non acrisium uirginis abditæ
Custodem pauidum iuppiter & uenus
Risissent:fore enim tutum iter patens
Conuer io in pretium deo:
Aurum per medios ire satellites
Et perrumpere amat saxa potentius
Ictu fulmineo:concidit auguris
Argiui domus ab lucrum
Demersa exitio diffidit urbium
Portas uir macedo & subruit æmulos
Reges muneribus:munera nauium
Saeuos illaqueant duces
Crescentem sequitur cura pecuniam
Maiorumque fames iure perhorrui

Aurum sententia est color rhetoricus.Ergo aurum. Amat idest capit quasi dicat non timide iciunt pericula qui auro ualent.sed freti auri pote tia ultro cupiunt pericula adire. Satellites quasi dicat per homines deuotos:& qui parati sint sua morte principis sui uitam tueri:Nam satelitas id cunctur qui ad custodiam alicuius magni uiri positi sunt. Hoc autem hominū genus plerumque illi deuotum est. Quapropter nemo magis timendus est quam is qui mori pro alterius salute proposuerit & tamen qui aurum habent non dubitant per illos incedere sperantes illos quoque corrumpi posse. Saxa quasi munita loca:quę uiribus expugnari nō possunt:auro autem possunt:quia aurum potentiq; sunt:quam fulmen. Nam ea per corruptelam expugnat quę fulminis ictus non diruit. Auguris argiui:hic Amphiaraus fuit Amphiaraus ab Adrasto argiuorum rege ad expeditionem quam ut Pollynicem genetum in regnum thebanum restituere aduersus thebanos parabat accitus se iterum negauit:quia per auguria animaduertere se illic periturum.Occultauerat autem se nemine conscio prętet:Eriphilem uxorem. Cum ergo quęstus non inueniretur tandem promissum est monile eriphile si indicaret illa ab auaritia uicta indicauit.Coactus ē Amphiaraꝰ in bellum proficiscitatque in primo concursu una cum equis curruque a terra absortus est Alemeon autem filius ut patrem ulciscceretur matrem paternę mortis causam intercecit de qua Mato Hisphędram propterinque locis moestamque.Eriphilem crudelis nati monstrantem uulnera cerno monile autem illud uulcanus olim summo artificio fabricauerat uariisque gemmis distinxerat:atque Hermioni(ea enim. Cadmi uxor erat:deno dedit. sed quadam successione ad Polynicem peruenerat. Amphiaraus autem:ut est in fabulis:originem a Ioue ducit. Nam Iouis filius fuit Eolus Eoli Eritheus:Erithei amithaon amithaonis Bias. Biantis antiphates antiphatis oiclus: ex quo ortus est amphiaraus. Concidit domus. Nam & ipse pariit:& filius alcmeon in fueras incidit. Vir Macedo de philippo alexandri magni patre intelligit.Nam incertum est plures ne urbes ciues earum corrumpendo, an aperto marte pugnando subegerit. Diffidit refregit est enim findo diis fidi fissum. Virgilius.Et media ad uersi liquefacto tempore plumbo diffidit. Vrbium silicet olinthiolum phocensium & silium. Reges emulos & uicinos imperio suo ut regem molosorum:& regem epyri:quos corrumpendo eos in illorum regno potentia preualebant afflixis seuos duces nauium Piratas intelligit:qui cupiditate auri potiundi alios in uadentes sępe capiuntur:dum alios capere tentāt

Crescentem sequitur cura pecuniam,sententia est quod quanto plures pecunias congregant hominis:tanto maiori cura & solicitudine afficiuntur.Idem ex pressit in superioribus. Crescit indulgens sibi dirus hydrops. Fames m. cupiditas maiorum pecuniarum. Vnde Iuuenal:Crescit amor nummi:quantum ipsa pecunia crescit.Et salust. semp infinita & insatiabilis est neque copia neque inopia minuitur. Iurę cum ita sit;ut dixi merito timui e. tollere &

augere. Verticem conſpicuum.i.cumulum pecuniarum. Vel dixit uerticem,i.caput. Nam dicuntur extolere caput qui diuitiis celebres fiunt. Quauto.q. Veriſſima ſententia quod q̃to plura nobis negamus.i. q̃to magis ab huiuſce modi rebus abſtinemus:tanto plura dant dii:quia prębent animi ſecuritatem atq; tranquillitatem:qua nihil maius poteſt eſſe homini. Quod cum ſit:ego nudus.i.pauper fugio ueluti tranſfuga a caſtris diuitum ad caſtra nihil habentiũ. Nam cum olim cuperem diuitias ſeruatus ſum in diuitum caſtris. Nunc autem cum animaduerterim illas non extinguere:ſed augere cupiditates:fugio inde:Dixit autem tranſfuga:ut maneret in tranſlatione a militia ſumpta: cum poſuiſſet caſtra,nam tranſfuga is eſt,qui ſuos relinq̃ns ad hoſtes deficit. Geſtio plus ẽ q̃ cupio quia qui geſtit cupiditatem ſuam minime tegere ualet: ſed geſtibus indicat. Dominus rei contemptę. nam magis poſſidemus ea quę contemnimus:quã ea quę poſſidem⁹, neq; ẽ diſſimile illi tanquã nihil habentes & omnia poſſidẽtes. Occultare recondere. Magnas inter opes in ops. Vt de tant. lo fabulantur. Puręriuus aquę. Oſtẽdit q̃ pauca ſibi ſint & tamen illis ſe ditiſſimum regem aphricę ſuperare poſſe. Fallit fulgentem ſorte.i.illum qui fulget non natura & ſplendore bonarum artium:ſed forte ideſt fortuna. Vt ſit ſententia. Hec paupertas fallit diuitias. Sed erit optimus ordo certa fides ſegetis beatior imperio fertilis aphrice fallit fulgentẽ fortę.i.illum qui fortuna fulget & non uirtute. Fallit autem illum:quia non cognoſcit foelicitatem paupertatis. Beatior.ſ. illa certa fides mee ſegetis. Pro riuo autem credo illum intelligere degentiam fluuii:quem per eius fundũ labi in epiſtolis demonſtrat. Me quotiens reficit gelidus de gentia riuus.

Leſtrigonia:ideſt formiana. Nã leſtrigones olim ſicilia habitarunt:qui & cyclopes dicti ſunt. Idẽ formias in italia tenuerunt. Creditumq; ẽ carnib⁹ humanis ueſci eſſe ſolitos. Phormię autę abundabant optimo uino. Langueſcit ſeneſcit. Importuna moleſtia & in qua nullus ſit portus.i.requies. Nec ſi.duo facit:nã & paupertatẽ pati uolẽtẽ oñdit & moecenatis liberalitatem laudat. Quare autẽ nolit plura indicat:quia ipſe melius porriget: ideſt extendet:ppagabit augebit parua uectigalia:ideſt paruos ſuos prouentus:qui ſunt uectigalia ſuorũ agrorum. Contracto cupidine.ideſt coercita cupiditate:ut ſit ſententia diuitię minores efficiũtur maximę:ſi illarum poſſeſſor temperatas habeat cupiditates. Contra uero et iam quę maxime ſunt opes:fiunt minimę in eo cui infinitę inexplebiles q; cupiditates aſſint. Erũt ergo mea uectigalia maiora & melius porrigentur quam ſi ego continuę ideſt adiungam regnum alyatici: ideſt lydiam: in qua hic rex pater croeſi regnauit mygdoniis campis:ideſt phrygię. Nam hę duę regiones conterminę ſunt. Multa patentibus.m.de. Aurea ſententia. Nam qui multa capiunt:multis carent neceſſe ẽ:& infinitę cupiditates inſatiabiles ſunt. Quapro

Late conſpicuum tollere uerticem
Mœcenas equitum decus
Quanto quiſq; ſibi plura negauerit
A diis plura fert nil cupientium
Nudus caſtra peto & tranſfuga diuitũ
Partes linquere geſtio
Contemptæ dominus ſplendioꝛ rei
Quam ſi quicquid arat impiger appulus
Occultare meis dicerer horreis
Magnas inter opes inops
Puræ riuus aquæ ſiluaq; iugerum
Paucorum & ſegetis certa fides meæ
Fulgentem imperio fertilis aphricæ
Fallit ſorte beatior
Quanquam nec calabræ mella ferunt apes
Nec leſtrigonia baccus in amphora
Langueſcit mihi:nec pingua gallicis
Creſcunt uellera paſcuis
Importuna tamen pauperies abeſt
Nec ſi plura uelim tu dare deneges
Contracto melius praua cupidine
Vectigalia porrigam.
Quam ſi migdoniis regnum alyatici
Campis continuem:multa patentibus
Deſunt multa: bene eſt cui deus obtulit
Parca quod ſati eſt manus

AD AELIVM LAMIAM: TRICOLOS. ODE.XVII.

QEli uetuſto nobilis a lamo

pter recte concludit bene cum illo actum eſſe cui deus dederit quantum ad uitam degendam ſat ſit. Parca temperata & modeſta

QEli uetuſto nobilis. Lamiarum familiam ex celſum gradum in urbe tenuiſſe. Iuuenalis. Suetõiuſq; teſtes ſũt. Oriundi autem erant formiiſ: quę a leſtrigonibus habitate fuerunt:ubi Lamos regnauit. hortatur Alium Lamium:ut preſentibus fruatur. Alamo.rege formiarum & familie auctore. Vetuſto ad differentiam aliorũ qui

deinde fuerunt in ea familia. Quando pro siquidem. Memores actiue posuit ideſt qui ad nostram memoriam res gestas reducunt. Fastos. Libri fastorum appellantur in quibus totius anni fit discriptio: ait festus, Nam breuiter & annuatim res notabantur. Declinantur autem in plurali solum: & in secunda declinatione. Fastus autem in quarta superbiam significat. Ouidius. Fastis inesi pulchris sequiturque superbia formam. Improprie ergo. Lucanus nec tua cudoxi uincetur fastibus annus. Proprie enim fastis dixisse. Lyrim. hic fluuius est minturnas romanorum coloniam diuidens in littore autem minturnensium erat templum maricę nymphę: quam nonnulli credunt fuisse Veneremarinum. Id enim uetustum epigramma grecis literis inscriptum indicabat. Erat enim ΜΑΡΙΚΑΣ ΤΗΣ ΚΑΙ ΠΟΛΙΤΗΣ De Marica. Virgilius. Hunc fauno e nympha genitum laurente marica. Quamuis seruius in eo loco aliter sentiat. Innantem. quasi inundantem. Tyránus ualidissimus rex. Apud antiquos indifferenter erat Rex & tyrannus. Virgilius. Pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyránni. Cras ordo sit. Tempestas demissa ab euro sternet nemus multis foliis: & sternet littus alga inutili. Ab euro qui uehemens uentus est: & grece sic dictus: quod late perflat. Alga. herba in primo mari nata & nullius usus. Vnde & Virgilius Horridior rusco proiecta uilior alga. Ergo inutilis alga. Annosa quę ad multos annos uiuit. Augur ideſt qpluuias pnosticat. Sed quoniã auguris mẽtio facta é. Placet ſ3 breuiorẽ totã antiquorum3 diuinationẽ | tó explicare: saltem pstringere. Nã si cẽ uadientiũ uoluptate pcipietur: & ad multos locos interpretandos utilis apparebit. Sunt igitur genera diuinandi duo. Naturę unum artis alterum natura furorem habent: & somnium. Nam nullo artificio uidemus quosdã diuino furore pcitos atq3 repletos: & a mẽte sua deuios futura prędicere. Hoc ĩ pphetis: sybillis: & multis: oraculis aiaduerti licet. Nã & pphetarũ uolumina extant uerissima. Et sybillarum non pauca carmina. Multaq3 responsa & delphici Appollinis: & hammonis dodonei q3 iouis: & aliorum prẽterea oraculorum uidemus uerum scriptorum litteris mandata. Verum ex iis quę diuino furore proueniant: & quę rursus dęmonum illusionibus nos decipiant: non facile est huiusce modi nostra ¡breuitate demonstrare. Somniandi autem quinque sunt spetics: sed tres solum ad diuinationem spectant. Et enim insomnium: phantasma: oraculum: uisio: somnium. Dicimus autem insomnium: cum aut ex humorũ peccato: aut ex nimia cupiditate: aut metu uigilantis talia dormientibus nobis sese offerunt: qualis aut humorum est natura: ut cum exundantia bilis igneę purpureę ue imagines se se ingerunt: aut talia uidemus sopiti: qualia cupiebamus timebamus ue. Quę omnia cum falsa sint nihil ad diuinationem pertinent. Quare ut reliqua sit istud quoq3 sapienter protulit Maro. sed falsa ad cęlum mittunt insonia manes. Phantasma est quod Cicero usum appellat quando in prima somni nebula cum adhuc uigilare credimus: & uix dormire coeperimus uidemur uarias quidem: sed omnes tamen a natura discrepantes spetics formasq3 irruentes. Inter has çmactes est. Sed latini incubum dixerunt quem publica opinio dormientes inuadere & suo pondere oppressos: grauare credidit. Sed hęc duo genera nihil ad diuinationem pertinent. Sequitur tertio in loco oraculum cum dormientibus parens deus ue aut aliqua sancta persona loquitur: & aperte futura predicit. Visio est: cum inter dormiendum non audire: sed uidere quippiam uidemur: quod uigilantibus deinde ita eueniat: ut dormientes uidemus. Sed oraculi exemplum sit illud Virgilius in quo Aeneę oraculum fundit. Hector. Heu fuge nate dea teq3 his aut eripe flammis. Hostis habet muros ruit alto a culmine troia Somnium autem est quod ambagibus uel aminibusq3 tegit id quod sine interpretatione non intelligitur. Quale fuit illud Cyri regis: quod apud. Dionysium legitur. Hic enim dormiẽs solem ad pedes suos habere uisus est: cumq3 terq3 prehendere frustra tentauit cum se uoluens sol elaberetur Quod somnium ita magni interpretati sunt: ut ex triplici appetitione solis. xxx. annos Cyrum regnaturum esse portenderetur. Quod ita contigit. Nam ad sexagesimum ętatis annum peruenit cum quadraginta natus annos regnare coepisset. Ac de naturali diuinatione hactenus. Ars autem Aruspicinam: Augurium: Astrologiam: & sortes continet Aruspicinam apud ethruscos inuentam traduut. Nam aranti cuidam in agro tarquiniensi: & sulcum profundius imprimenti e terra subito extitit quidam quę tagem appellarunt: facie quidem pueri: sed senili prudẽtia: a quo uniuersa ethruria aruspicinam edocta est de quo Lucanus sed conditor artis. Finxerit ista tages Dicitur autem aruspicina ab ara: & inspiciendo. Verum Hęc complectitur Exta fulgura: & ostenta. Nam mactate hostia apud aras atque aperta quomodo se habeant & reliqua exta haberent inspiciebant: & ex illorum motu situ defectu augumentoque atque denique colore futura conie-

Quanto & priores hinc lamias ferunt
Denominatos & nepotum
Per memores genus omne fastos
Auctor ab illo ducis originem
Qui formiarum mœnia dicitur
Princeps & innantem maricæ
Littoribus tenuisse lyrim
Late tyrannus: cras foliis nemus
Mult s: & alga littus inutili
Demissa tempestas ab euro
Sternet aquæ: nisi fallit augur

ctabantut late patet apud Lucanum. Nam quo dic & primumin ſella aurea ſedit Cęſar in bone quem immolauit cor non apparuit. Oſtenta ſunt quę prętet naturam facta aliquid futurum eſſe ſignificant. Vt cum exercitu Xerxis e quia leporem peperiſſet: reſponſum é ex timore i fugâ abiturum illum exercitum. Eſt autem ſi Ciceronis ſententiam teneo: eadem res oſtentum: portentum. monſtrum & prodigium. Nam ipſe ait hęc: quia oſtendunt: portendunt: monſtrant prędicunt oſtenta protenta prodigia & monſtra appellantur. Marcellus autem monſtra dicit eſſe monita deoruꝫ quia Virgilius dicat in tertio Monſtra deum refero. Prodigia uero iras & minas deorum. Idem harpya celeno prodigium canit. Portenta quę aliquid iminere ſignificant Seruio uero placet noſtrum ad pręſens referri. Prodigium autem id quod in longum tempus protrahit ſignificationem. Tertia pars auruſpicinę cõſiſtit in fulminibus & fulgere & tonitru interpretando. Quod autem iſte tres partes ſub aruſpicina reponantur Idem Cicero in libro de diuinatione demonſtrat his uerbis. Sed quoniam de eo tis & de fulgoribus ſatis eſt diſputatum reſtant: ut tota aruſpicina ſit pertractata. Huiuſcemodi igitur eſt aruſpicina: & qui eam tractant cum aruſpices tuꝫ extiſpices nominantur. In ſecunda autem parte eius diuinationis quę artis é auſpicia auguriaque ponuntur. Auſpicia uero ab auibus inſpiciendis.

Annoſa cornix: dum potes aridum
Compone lignum: cras genium mero
Curabis. & porco bimeſtri
Cum famulis operum ſolutis.

Auguria ab auium guſtu uel garritu nomen aſſumere putarunt. Erant autem tria diuinationis genera in auibus. Nam alię uolatu: alię cantu futura prędicabant: & illę quidem prępetes iſtę oſcinę dicebantur. Erat & tertium genus ex illarum guſtatu cum pullis gallinaceis ecauca depromatis eſca porrigebatur ut tripudium ſoliſtimuꝫ inde eſſet pernitieſqꝫ portendebatur ſi eſcam nõ ciperent. Quapropter infoelicem conſlictum a numantinis in Mancinum illatum prędixerunt pulli qui eſcam non coepernnt: ſed ex cauca euolarunt. Docet autem in eodé libro Cicero his uerbis idꝫ eſſe auguriuꝫ & auſpiciuꝫ Quid de auguriis loquar? Tue partes ſunt. Tuum inquit auſpiciorum patrocinium eſſe debet. Quamobrem hi augures auſpicesqꝫ dicebant. Qui idem etiam nomina aiaꝫuerbant. Dicuntur autem omnia uerba quę cum fortuito & ob alia cauſam dicta ſunt nos tamen quoniam noſtro negocio conducant ea tanquam id de quo querimus prędicant accipimus. Cuius rei huiuſcemodi exemplum ſit. Erat creatus conſul aduerſus: Perſem macedonię regem Paulus emilius cui cum domum redeunti filia nomini. Tertia lachymabunda obuiam fieret. Quid é inquit mea Tertia: quod triſtes es. Mi patet inquit: illa mea perſa periit. Erat autem perſa nomen catellę quam puella in delitiis habuit. At Aemilius omen accepit petiturum Perſem: ad uerſus quem bellum eſſet geſturus. Hęc igitur omnia uocantur: quia ore heminis prolata ſunt. Sortium originem huiuemodi narrant. Referunt enim Numerium quendam fuſcum apud pręneſtinos per ſomnum admonitum certo in loco ſylicem perforaſſe perforatoqꝫ ſaxo ſortes in robore inſculptas priſcarum litterarum notis inueniſſe quę habitę in maxima ueneratione fortunę monitu manu pueri miſcebant: atqꝫ educebantur. Illudqꝫ legitur apud antium templum fortunę fuiſſe. in quo ſortes ſua ſponte mouebantur. Reſtat aſtrologia: quę omnium iſtarum formarum quę ab arte ſunt ueriſſima ſit: de qua nihil dico. quia in paucis nulli ex legentibus uſui eſſem Multa audem dicere & anguſtia temporis prohibent & huius generis ſcriptorum minime patitur ratio. Sed ab hac quãuis multum degeneret: geomantia é. Eſt itidem pyromantia: é hydromantia. Harum prima fortuita puncta in puluere ſignat. Altera rem igni perficit. Tertia ex aqua uaticinia colligit. Adduntur his negromãtia: quam iccirco omnes boni abominati ſunt: quia ſine humana cęde non conficiebatur. Additur chiromantia: quę ex manuum lineis prnoſticatur. Sed iam ad noſtri itineris diuerticulum rediturus hoc ſolum addam: perſępe hęc quę deſtructa ſunt a pectis confũdi: ut omen pro monſtro ponatur: & ſortes per oraculo aliud itideꝫ pro alio. Componere. cogere.. Aridum ut ignem facilius concipiat. Genium huic ſacrificabant optimo uino: & lautiſſimis epulis. Ergo quando bene corpus curabant genio indulgere dicebantur. Contra autem quando paruo difficiliqꝫ uictu utebantur: geniuꝫ ſuum defraudare putabant. Quod terentianus ille ſeruus conqueritur. Bimeſtri. quęrit Acron an biennem intelligat quoniam a mẽſibus computetur annus. Sed nõ fugit nos porculos bimeſtres & tenellos & uariis rebus conditos inter ſuaues epulas reponi. Dicitur autem porcus: quia porrecto ricto paſcatur: & terram dum herbarum radices rimatur latius porrigat. Porci effigies inter ſigna militaria ſextum locum obtinebat: quoniam facta deinde pace cęſa porca foedus fieret. Dixerunt etiam porcum troianum: intra quem iam exenteratum & lepores & altilia & cętera huiuſcemodi eſui accõmodata conderent: atqꝫ omnia ſimul decoquerent: quia inde obſonia prędibant: ut olim ex troiano equo multi milites prodiere. Solutis Operum more ſuo: ideſt ab operibus. Hortatur autem: ut diem feſtum agat. Per ligna autem arida hyemale tempus ſignificat: in hęc uoluptuoſa magis expetuntur. Sic Maro. Inuitat genialis hyems curaſque reſoluit.

FAune nympharum fug. Faunos eosdem apud latinos putamus: quos greci panos dicũt. Sed de iis iam enarratum est. Sacrificabatur faunis nonis decembris: eaque faunalia appellabantur. Fertur faunus agrestibus pueris nocere propterea que sacrificio placari ne noceat: ait Acron. Nam deorum alios placabant: ne nocerent Alios orabant: ut prodessent: Hinc Virgilius. Intenui labor est At tenuis non gloria siquem numina leua sinunt. Est autem teste Seruio Fauno in fernus deus. ¶Hinc Virgilius in iis sacris quę sibi latinus filius instituit: ita regem inducit ut dicat. Pellibꝰ incubuit stratis: somnoqꝫ petiuit Multa modis simulacra uidet uolitantia miris: Et uarias audit uoces: fruiturque deorum colloquio atque imis acheronta affatur auernis. Fugientium. fugiunt enim suam petulantiam: uel respexit ad fabulã Panis: in qua fingit insectatꝰ fuisse syringa nympham: quę fugiens miserationem deorum in calamos conuersa est: ex quibus. Pan fistulam composuit. Lenis. mittis sine noxa. Aequus. fauens Pleno anno. deest finito anno. Sodali amico. Nam sine cerere & libero friget uenus. Vetus ara. Ex hoc ostenditur: quod per multos iam annos sacrificium hoc institutum fuerat. Ludit herboso. laudat a beneficio & a presentia numinis. Nam ostendit ita placari: ut non modo non noceat: sed etiam tutetur suum pecus: presertim in nonis decembris in quibus faunalia celebrantur. Pagus quasi dicat uniuersa regio. Inter audaces pro miraculo positum quod tanta sit numinis presentia: ut agni animalia natura timidissimum non sine audacia inter lupos errent: quoniam Faunus illos tutos prestet. Spargit. Et hoc ad miraculum quod in mense decembri. Tibi deest in tutum honorẽ siluę frondescant. Gaudet sententia ẽ quod in faunalibus agricolę saltationem adhibent: ut omnis pars corporis lętitiam exprimat: cum iã annuꝰ labor ad finem perductus sit. Nam eo tempore & fruges omnes & uina cõdita sunt: atque poma collecta: & noua sementis magna ex parte facta est. Vnde non nihil ociari posse uidẽtur. Quapropter & Maro Frigoribus parto agricolę plerumque fruuntur: Mutuaque inter se lęti conuiuia: curant. Inuitauit genialis hyems curasque resoluit. Ter numerus pro numero. Vel ter ut demonstraret saltationem in honorem numinis esse. Nam ut ait Maro numero deus impare gaudet. Inuisã. propter annuum laborem quo se in ea colenda exercuit.

Ad faunnum. Ode. xviii.

DICOLOS.

FAune nympharũm fugientum amatoꝝ
Per meos fines & aprica ruca
Lenis incedas: abeasque paruis
Aequus alumnis
Si tener pleno cadit hædus anno
Larga nec desunt ueneris sodali
Vina craterę: uetus ara mult o
Fumat odore.
Ludit herboso pecus omne campo
Cum tibi nonæ redeunt decembres
Festus in pratis uacat ocioso
Cum boue pagus.
Inter audaces lupus errat agnos
Spargit agrestes tibi silua frondes
Gaudet inuisam pepulisse fossor
Ter pede terram.

Ad telephum. Ode. xviiii

DICOLOS.

QVantum distat ab inacho
Codrus pro patria non timidus mori
Narrat & genus æaci

QVantum distat ab inacho. Iocosũ carmen & hilaritate refertum: quo. Telaphum Murenam grecum poetam a rebus grauioribus ad epulas reuocare nititur illum uituperans hironice tamẽ potius quam serio quod historias nihil ad conuiuia pertinentes scribat. Et certe hironiam sapit locus: cum id quod facete dicitur: seuerissime dictum uideri possit. Quantum. Tu ergo narras historiam scilicet contextus quantum. Codrus non timidus mori pro patria distat ab Inacho uel tempore deest quot anni intercedant inter illos uel distat uirtutibus deest quantum illum superet. sed: ut de historia aliquid delibemus. Regnarunt erectheide apud athenienses a Cecrope generis auctore usque ad Thimoetem ultimum in ea familia regem annos nouem atque uiginti supra quadringentos: Post quos ad Melanthum pyliensem Andropompi filium hac causa regnum translatum est. Prouocauerat Xanthus boetius in singulare certamen Thimoetem quo recusante subiit: illius uicem: Melanthus: uictorqꝫ rediens regnum meruit. Huius codrus filius fuit: Qui dux in bello quod peloponnenses aduersus athenas gerebant cũs audito oracullo illum exercitum superaturum cuius dux esset cęsus habitum seruilem ne forte pro duce agnosceretur inductus & ad hostium uicina tentoria accedens iurgio in se ita illos lacessiuit: ut incognitus interficeretur. Qua cęde impletum est oracullum. Hoc autem ita gestum circa annum mundi quinto ac trigesimo supra quattuor milia.

De hoc Virgilius. Incipe mopse prior si quos aut phillidis ignes aut alconis habes laudes aut iurgia codri. Inachus autem multo uetustior Codro primus rex argiuorum fuit anno mundi quarto atq; quadragesimo supra tria milia ac trecentos: regnauit ānos quinquaginta. Pertenuerauit autem regnum in hac familia secundum Castorem: qui argiuoc tam regio cronicam scripsit ānos. ccc. lxxiiii. Vltimus omnium fuit Sthenelātus Cortophi filius. Sed Inacho successit Phoroneus: qui primus legibus iudiciaq; constituit. Genus caci. De hoc iam dictum e. Pugnata sine origine uerbi ut etiam triumphata. Sacro ad imitationeꝫ Homeri: qui sepe dicit ἕ pἶN : idest sacraꝫ troiaꝫ: uel sacro cuius omnia a diis facta essent. Quo. quęris ergo hęc q̄ nihil profutura sunt. Non autē ea quęris quę nobis sunt usui silicet quo prętio cadum uini chii emamus: quis nobis ignes ad aquam calefaciendam prębeat: & quis domum hospitalem & quota hora melius domuꝫ recipere: ut careamus frigoribus: idest: ut illa tectus possim frigus uitare. Pelignis. hi populi iuxta marsos & uestinos sunt in quarta italię regione. Hinc nasonem nobilissimuꝫ poetam nr. tū dicunt. Ibi ergo credendum e tunc fuisse poetā. Est autem regio propter montes frigida. Temperet aquam. E. hoc intellige cuncta quę aqua dequocuntur. Quo e. nostris hospitibus. Da puer. tanquam iam in conuiuio sit iubet puerum pocula miscere. Ex consuetudine prisca qua solebāt sumere pocula sub alicuius dei aut uiri honore. Ergo in honorem & lune & noctis & Telephi iubet pocula porrigi. Medię nam. usqꝫ in mediam noctem producebant conuiuia. Auguris. Naꝫ augurio pollebat murena. Tribus aut nouem: quasi dicat in fratria pocula omnia moestiora esse. Supra uero ñ lętitiam: sed tumultus & rixas ex ebrietate excitari. Quapropter neque infra gratias quę tres sunt bibendum est neque supra musas : quę nouenarium numerum explent. Quin & Marcus Varro in libro qui ex satyris menippeis inscribitur. Nescis quid uesper uehat refert conuiuarum numerū: neqꝫ minorē q̄ gratior i neqꝫ rursus maiorē q̄ musarū esse oportere. Ergo pocula miscēt tri⁹ aut nouē cyathis cōmodis: idest cōmode & sine dāno miscentur pocula a tribus cyathis usqꝫ ad nouem. Qui nusas amat: nos qui pocte sumus. Bibat. t. t. i. nouem. Totidem enim illę sunt. Attonitus. quasi iam stupescens ex nimio uino. Sed id nō prętermittam aliud esse miscere: aliud propinare. Miscet enim pocula minister: quoniam aquam addit mero: propterea q̄ iam adiuncta aqua mixtum appelatur. Hoc ergo a ministro ei qui dignior ē datur. Hic autem cū acceperit: partē q̄ biberit elegit cui secundo deinde porrigat. Et hinc prior propinare dicitur: quoniam ante ipse bibat: quam alteri porrigat. rr pō enim apud grecos ante significat: & rrī nēō bibo. Minister autem qui pocula discumbentibus prębet pincerna appellatur. Tris prohibet. scilicet nam grętię tres sunt: ut iam dixi. Metuens rixarum. propter ebrietatem.

Et pugnata sacro bella sub ilio
Quo chium precio cadum
Mercemur: quis aquam temperet ignibus
Quo prębente domum & quota
Pelignis caream frigoribus taces
Da lunæ propere nouæ
Da noctis mediæ da puer auguris
Murenæ tribus au nouem
miscentur cyathis pocula cōmodis
Qui musas amat impares
Ternos ter ciathos attonitus patet
Vates tris prohibet supra
Rixarum metuens tangere gratia
Nudis iuncta sororibus
Insanire iuuat: cur berecynthiæ
Cessant flamina tibiæ
Cur pendet tacita fistula cum lyra
Parcentis ego dexteras

Nuda. & hoc quare signatur iam accepisti. Insanire iuuat. modus loquendi est cum modum in aliqua re excedere uelle ostendimus. Nā qui sapiunt ñ excedūt. Sic Virg. insanire libet quoniā tibi pocula ponā. Ergo uult ad pocula ponam. ergo uult ad pocula musicam quoq; addit. Cur. nō iterogat solū : sed arguit: tanquaꝫ festinati sibi omnia tardiora procederent. Berecynthię. uel quia tibię ipsa inuētrix fuerit: uel quia in eius sacri adhiberi solita sit. Flamina quia ex flatu sonitum emittit. Vnde tibias tubas & is similia non pulsare: sed inflare dicimus Virgilius. Inflauit cum pinguis ebur tyrrhenus ad aram Parcentes. scilicet pulsationi. Fistula hęc e cānis: ut plurimum fiebat. Virgilius. Est mihi disparibus septem compacta cicutis Fistula. Ceterum ex uariis metallis etiam fiunt ut sint tanquaꝫ canales omnibus licoribus peruię. nam quę crassiores & fictiles sunt tubulos appellant: ut demonstrat Vitruius. Sparge rosas. festinati sibi festinantem cationem accōmodat. & quę insurentem furorem sapiat. Nam & interrogatio & repetitio & dissolutum qui colores rhetorici tres assunt hanc festinationem ex furenti cupiditate prouenientem ostendunt. Huiusmodi uehementiam & alibi inuenies & presertim apud uirgilianam Didonem cum ab eūte iam Aenea sic secū queritur cuius initium ē. Pro iuppiter ibit hic ait & uestris illuserit aduena regnis. Hoc enim eloquētis simul & sapiētis scriptoris ē: ut ñ modo condecētes sētētias: sed genus quoque dicēdi naturę rei de qua agitur conueniēs accōmodet. Sparge rosas. Tertium genus uoluptatis a floribus prouenięs. Audiat lycus. Et hoc quartum. Nam uoluptuosum ē hominibus i nos ex iuidia exasperatis aliquid prouenire: propter quod iuidia rumpātur. Vnde

illud, Rumpantur ut illa codro. Dementem ideſt furibundum: & qualem ex nimia libidine homines edunt. Et uicina qui forte lyci amica eſſent. Non habilis ideſt quam ipſe pro arbitrio ſuo tractare non poſſit. Nam habilem rem dicimus ab habendo: quam pro arbitrio noſtro: ut uolumus: habemus & tractamus Virgilius. Habilemque humeris ſuſpenderat arcum ideſt aptum ſexui: & quem uires ſuę tractare poſſet ergo non habilis ideſt difficilis: & quę nō eſſet illi morigera nam puella ſenem contemnebat. Spiſſa ordo ſit: cloe tempeſtiua petit te nitidum ſpiſſa coma & ſimilem puro ueſpero. Tempeſtiua quę tibi cum tempus poſtulat: ſemper aſſit: ergo facilis morigeraque eſt. Vt ponatur uicinę lyci: quę eſt non habilis: Nam tempeſtiua res: quę ſuo tempore fit. Vel tempeſtiua quaſi tibi in ętate conueniens: ut contra dicemus non habilis lyco ideſt ętate diſcrepans. Spiſſa: quod eſt adoleſcentię: nam ingraueſcente etate non ſunt denſi capilli: quia caloris defectu calueſcimus: Sed & ſupra etiam Telephum laudauit. Puro, qui non ſine nubibus obfuſcatus. Lentus, uel flexibilis & qui per omnes uenas ſe inſinuet: Vel eſt ſimile illi uirgilião. Eſt mollis flamma medullas. Vnde ſequitur torret. Vel lentus quaſi diuturnus: nam quę lente procedunt: diu procedunt.

Odi ſparge roſas: audiat inuidus
Dementem ſtrepitum lycus
Et uicina ſeni non habilis lyeo
Spiſſa te nitidum coma
Puro te ſimilem thelephe ueſperō
Tempeſtiua petit cloe
Me lentus gliceræ torret amor meæ:
Ad pyrrhum ne nearchum ſollicitet.

ODE. XX.

NOn uides quanto moues periclō
Pyrrhe getulæ catulos leenæ
Dura poſt paulum fugies inaudax
Prælia raptor:
Cum per obſtantes iuuenum cateruas
Ibit in ſignem repetens nearchum
Grande certamen tibi præda cedat
Maior an illi
Interim dum tu celeris ſagittas
Promis: hec dentes acuit timendos
Arbiter pugnae poſuiſſe nudo
Sub pede palmam
Fertur: & leni recreare uento
Sparſum odoratis humerum capillis
Qualis aut nireus fuit: aut aquoſa

NOn uides quanto Moncas pericło. Oſtendit Pyrrho non ſibi facilius eſſe Nearchum ab mulicre illum amante abducere quam a lęena catulos. Nam quod allegorice. Pyrhum epyrotarum regem moueat ne a lęena ideſt ab urbe romana ſuos ciues eripiat non multum quadrare uidetur: ut per allegoricam tam uetuſtam hiſtoriam pōat. Nęc rurſus placet: quod ad res geſtas. Marcus Antonii referatur Moucas, ideſt amouere tentes. Catulos lęenę. Nearchum quem amica mulier non minori ferocitate ſibi tuetur: quam lęena ſuos tueatur catulos, quę parabit tibi prelia: quę tu inaudax raptor: ideſt a miſſa omni audacia: quam raptor habebas fugies. Cum ipſa ruet per cateruas iuuenum, Ergo quia nullus reſiſtet: quomodo tu ſolus repugnabis: cum multi non poterunt & tamen manet in tranſlatione uenationis. Grande cer nam, non agitur de re parua utri cedat ipſa pręda. Interim ſuauiſſima eſt alegoria: & manet in tranſlatione. Nam oſtendit quod ante quam in certamen deſcendatut: uterque ſua inſtruit arma. Arbiter oſtendit exemplo Paridis neminem poſſe amori repugnare: cum ille contempta Iunone & pallade ſub pede nudo poſuerit palmam quaſi dicat uictoriā inter tres deas quę meliori adiudicari debebat uictus amore & libidine poſuerit ſub pede nudo ideſt ſubiecerit Veneri: ut ſit ſententia quod uictus Veneri ſuccubuerit: & dixit ſub pede: quia plantę pedum pro uenerea libidine ponuntur. Nam plantę ſemper terram tangunt: & in uenere nihil apparet niſi terreſtre & curruptibile: & dixit nudo, quia nulla uirtute munita eſt libido. Quapropter tantum ualet hominibus amor: ut Paris electus arbiter inter tres deas: contempta palladis ſapientia & Iunonis regnis: uictoriam Veneri adiudicauerit. Ergo non ſperet Pyrrhus poſſe auellere Nearchum ab amore. Recreare, repete uerbum: ut ſit & fertur etiā paris recreare humerum ſuum ſparſum quaſi repleti capillis odoratis: quia eſſēt unguēto illiti. Hoc cum dicit, indicat illū ex libidine in omnē mulicbrē eflominatūq; luxū incidiſſe. Nireus, nō hic Nęreus

deus marinus é:sed Nireus Charopi regis symę & aglaię filius:quem homerus in catalogo,describit pulcherrimum omnium,qui ad troiam uenerunt grecorum e cepto achille.Carmina Homeri sunt. νῖ ρυσ ἄγλαϊηδ ἅρητο τοτἄνακτοσ.νἵρευσ δοκἄλιστοσ ἀνἠρὑπολἵον ἦλθεν τῶν ἄλλων ἀναώων μεταὶὺ μόνα φθἰλεἵωνά Propertius etiam. Nirea non facies:nō uis exemit achillem. Aut raptus ideſt aur ganimedes:quem Iuppiter in aquilam conuersus ab ida monte phrygię ad cęlum rapuit:sed huius fabula iam narrata é. Aquosa. quę fontibus fluuiisq; abundat.

Raptus ab ida.

AD AMPHORAM ODE.XXI

O Nata mecum cōsule manlio
Seu tu querulas siue geris iocos
Seu rixam & ultimos amores
Seu facilem pia testa somnum
Quocunq; lectum nomine massicum
Seruas moueri digna hono die
Descendas coruino iubente
Promere languidiora nina
Non ille quanquam socraticis madet
Sermonibus te negliget horridus
Narratur & pisci catonis
Sæpe mero caluisse uirtus
Tu lene tormentum ingenio amoues
Plerunq; duro tu sapientium
Curas & arcanum iocoso

O Nata mecum Consule manlio. Promit amphoram uetusti uini ex ucteratorio sic enim cellam appellabant: in qua ab multos annos duraturum condebant: Promit ergo amphoram qua coruinum in cōuiuio lętius accipiat. Qui quāuis philosophus sit: nō abhorret a poculis:exemplo Catonis qui & ipse summa grauitate admirandus uir ad multam nocte conuiuia pitissando & sorbilando uinum produce bat. Non quod bibax esset homo. Sed cupiebat sermōe familiari aliquid de animi tristi scueritate minuere uino quidem modico:sed quoniam tenuissime sorbilando potabat ad plures horas durabat. Vnde & omnis tristitia exhilarabatur:& temperantię fines nō excedebat. O nata mecum: ideſt cuius uinum conditum é Cocta & manlio torquato consulibus:quo anno ego natus sum:ut in eius queq; uita appareat. Seu tu querelas. enumerat quecunq; é uino prouenire solent. Nam aut queruli aut sacci uino madefacti redduntur. Sin autem plusculum etiam ingurgitarint aut in amores labuntur: aut in rixam insurgunt;aut denique somno grauātur. Insanos:qui homines insanos reddunt.

Massicum,uinum optimum ut supra Nec ueteris pocula massici. Quocunque nomine: ideſt qubiuscunque consulibus:quasi dicat si nō Torquato consule alio quocunque consule uel quocunque enim in cuiuscunqȩ honorem lectum sit promatur nunc in honorem coruini,uel quocunque nomine ex dictis: ideſt siue nomine querelę siue loci siue rixę. Languidiora: propter uetustatem. Quāquam socraticis madet.quamuis seuerissima Socratis disciplina imbutus sit tamen.non te negliget. Te negliget horridus:ideſt non erit ita horridus: ut negligat. Prisca catonis:ideſt uirtus catonis:quę talis fuit:qualis olim in priscis hominibus esse consueuit: Descende promere: ideſt descende ut promas. Narratur. probat exemplo catonis.& dixit narratur:quia illum non uiderat:sed ab iis qui uiderant acceperat. Puer enim erat pocra:cum apud uticam ille se Interemit. Caluisse.non enim ex temulentia sepeliebatur in eo uirtus:sed ex uino parce & paulatim sumpto incalescebat:& uires acquirebat. Lene tormentum ingenio duro. Vel intelligit quod ipsum uinum etiam ingenia duriora inducat in amorem:quod est tormentum lene.ideſt uoluptuosum.uel quod uinum ueluti tormentum sit: quo etiam ingenia duriora:ideſt tenaciora arcana pandant: & é lene: quoniam per lętitiam non per dolorem elicit arcana. Curas. grauiores cogitationes. Nam perturbationes in sapientem cadere non possunt. Quod autem dicit retegis curas & arcanum iunxit poetice duas res uni uerbo: quę non conueniunt. Recte enim dicitur retegis arcanum:sed non retegis curas. Ergo subaudi mitigas curas. & retegis arcanum. Sic Virgilius Discę puer uirtutem ex me & tolerare labores:fortunam ex aliis. Nam uirtus quidem discitur:fortuna non discitur:sed optatur. ergo optata subintelligendum est: uel legamus per endiadim curas & arcanum:ideſt curas arcanas ut Virgilius. Molemq; & montes isuper altos.i.montuosam molem. Lyco.unum é ex noibus bacchi:de qbus Ouid. Thuraq; dat baccumq; uocat bromiumq; lyeum. Ignigenāq; satūq; iterū solūq; bimatrē Addit his Hyseusq; indomitusq; thyoneus:Et cū leneo genialis cōsitor uuę.Nictelius q; eleusq; pares & iacchus & euan.Ergo lyco,i.bacco:qa hominis a curis libęret:nā λῦσι y soluere significat. Iocoso. Facęto & hilari ab effectu

Nam cum uino exilarati loquatiores reddamur: nihil reticere possumus. Spem reducis. Nam cum ex uino spūs lucidiores splendioresque sint: relaxant animos a curis. Ait enim Auicenna uinum modice sumptum spiritum reddit copiosum substantię lumini & splendoris. Vnde lętitia spes quę sublato metu prouenit. Cornua audaciam & confidentiam. Psuperi: qui propter depressam fortunam nec mutire quidem audet: hinc Iuuenalis. Plurima sunt quę nō audent homines per tua sa dicere lena. Sed post uinum sumptum neque timet iratos apices regum ideſt reges in excelso loco positos: qui irati magis timeri debent: quoniam potentissimi sunt Ordo est. Tu addis cornua pauperi non timenti post te ideſt postquam te sumpserit neque iratos apices regum: neque arma militis. Te liber compone uerba liber uiuę lucernę producent te: a phœbus rediens fugat astra: si lęta uenus aderit: & si aderunt gratię segnes soluere nodum. Viuę ardentes: nam extinctas dicimus cum non ardent. Producent te. ideſt producent conuiuium in quo tua pocula bibuntur. Dum phoe. f. a. Dū redit dies: ergo per totam noctem. Segnes solue re ideſt quę non soluunt nam inter se connexę sūt gratię: quia a gratia: gratia pendet.

Consilium retegit lyeo
Tu spem reducis mentibus anxiis
Viresque & addis cornua pauperi
Post te nec iratos trementi
Regum apices neque arma militum
Te liber: & si læta aderit uenus
Segnesque nodum soluere gratiæ
Viuæque producent lucernæ
Dum rediens fugat astra phœbus:

Dianæ laudes. Ode. DICOLOS. XXII

QOntium custos. Refert dianę uarias potestates: & annua illi sacra pollicetur. Mōtium siluarum: & quia uenatrix tingitur & quia uim habet uegetandi luna: unde merito siluarum & herbarum custos dicetur. Virgo hęc in cęlo luna: in terris diana: apud inferos. Proserpina appellatur: dicitur ergo tergemina. Item hecate propter centum ideſt multiplices potestates. Virgili. Tergeminam hecatē tria uirginis ora dianę. Preest & uiis quę quia steriles sunt iccirco ipsa dea uirgo fingitur. Que Labor. u p. Preest parturientibus: & appellatur iuno lucina ideſt quę iuuet ad ueniendum in lucem. Nec refert ut nomina deārum confundantur. Nam presca religio omnes deos ad solem omnesque deas ad lunam referebat: ut aperte demonstrat. Macrobius. Hinc maro solō lunamque uocaturus dixit. Vos o clarissima mundi liber & alma ceres. Bacchum Cereremque pro sole & luna ponens. Preesse infantibus: quia illis dum in matris utero sunt plus est uegetatiuę potētię quę a luna est quam sensitiuę quę est a sole.

QOntium custos nemorumque uirgo
Quæ laborantes utero puellas
Ter uocata audis: adimisque læto
Diua triformis
Imminens uillæ tua pinus esto
Quam per exactos ego lætus annos
Verris obliquum meditantis ictum
Sanguine donem.

Ad phillidem. Ode TRICOLOS. XXIII.

Adimis. Lęto: quia prestas: ut incolumes pariant. Triformis quia & cęlestis & terrena & inferna es ergo tergemina. Est tua qa illā tibi sacraui: & tibi uerrō tibi sacrificabo. p omnes ānos meos. Exactos finitos ideſt usque ad ultimos annos: sic Virgilius Exactis mensibus errant. Verris nam si eadem Diana est & ceres conueniens est uictima uerres: quia hoc animal noxium frugibus est. Verris: qui scrofas salit. Qui uero castratus est maialis appellatur. Obliquum: qui cum ex rictu emineant illi dentes quę fulmina appellant ex obliquo ferit.

QAelo supinas si tuleris manus
Nascente luna rustica phylire
Si thure placaris: & horna
Fruge lares auidaque porca
Nec pestilentem sentiet africum
Fœcunda uitis nec sterilem seges
Rubiginem aut dulces alumni
Pomifero graue tempus anno
Nam quæ niuali pascitur algido

QAelo Supinas si tuleris manus. Promittit rustice mulieri omnia ruri sibi incolumia fore modo diis supplicet. Et manus tulerit supinas ad nascentem lunam. Supinas Nam ita manus tendunt qui supplices sunt Virgilius. Tendoque supinas ad cęlum cum uoce manus. Nascente lu. Nam in nouilunio sacrificare consuerant lunę rustici quoniam plantarum mater est. Horna ideſt huius anni. Auida inexplebile. Africum. p. quo uites sterilescūt. Africus occidu: est uentus: qui opponit̄ uulturno & grœce Λίψ dicit: & generat pluuias nimias & grādines: unde fit̄ rages segetibus: q̄ dicit̄ calamitas quasi cadamitas: qa calami cadant. Rubiginē carbu uculū: quo spica in nigredinē: uertit̄: & omne granū corrūpitur. Varro tamē dicit rubiginē ꝓprie appellari uitiū obscenę libidinis. de hac Vir. Vt mala culmos esset rubigo nec alumni patiētur grauę tēpus ideſt molestu & noxiū. Anno. Pomifero

ideſt illi anni parti quę fert poma: is autem autumnus ẽ. Et recte dixit alumni, quia pueri uchemẽter pomis delectant. Nam quę. iccirco dixit thure & fruge & porca pro annua fertilitate ſacrificandum: quia hoſtia maior: ut eſt uitulus & taurus quę creſcit in algido monte de quo dictum ẽ: inter quercus & ilices: ideſt in locis ſilueſtris: aut etiam quę creſcit in herbis albanis: ideſt in paſcuis albani montis non ẽ ſacrificanda a te in ſacrificio priuato: ſed a pontifice maximo a ſacrificio publico. Deuota: ex uoto promiſſa. Secures, quia maiores hoſtię ſecuri ſcriebantur. Te nihil attinet tentare. Non opus ẽ: ut tentes: ideſt places paruos deos ſcilicet lares. Multa cede bidentium: ideſt mactando multas bidentes: ideſt multa animalia. Bidentes nõnulli crediderunt eſſe eas oues quę duos tantũ dentes haberent quod monſtrum uidetur. Alii putant dictas bidentes quod duos dentes cęteris eminentiores habeant: quod circa bimatum cucnit. In libris autem pontificalibus legitur dici bidẽtes quaſi biẽtes interpoſita, d. littera euphonię cauſa: ut dicimus redire pro reire & redarguere pro reargere. Publius autem Nigidius omnes hoſtias bimas ſcribit bidentes dici. Vnde Pomponius atellanarum poeta inquit. Mars tibi nouco facturum ſi unquam rediero bidente uerre. Nigidius tamen qui ius pontificium ignorauit: dixit bidentes eſſe hoſtias: quę per ętatem duos dẽtes altiores habent per quos ex minore in maiorem tranſcendiſſe ętatem conſtat. Ordo autem erit, Te coronantem paruos deos marinus rore & fragili myrto nihil attinet tentare ipſos deos multa cędę bidentium.

Deuota quærens inter & ilices
Aut creſcit albanus in herbis
Victima Pontificum ſecures
Ceruice tinget: te nihil attinet
Tentare multa cede bidentium
paruos coronantem marino
Rore deos fragiliq; myrto
Inmunis aram ſi tetigit manus
Non ſumptuoſa blandior hoſtia
Mollibit auerſos penates
Farre pio: & ſaliente mica:

Diuitibus etiam moriendum eſt:
Ode: DICOLOS. XXIIII.

INtactis opulentior
Theſauris arabum & diuitis indiæ
Clementis licet occupes
Tyrrhenum omne tuis, & mare ponticum
Si figit adamantinos
Summis uerticibus dira neceſſitas
Clauos: non animum metu
Non mortis laqueis expedies caput

Rore marino. ros marinus latine: grece libanotis dicitur. Immunis, uel immunis ſcelerum: ut ait Acron. Vel ſimpliciter immunis: ideſt nulla ferens munera ut oſtendat non muneribus: ſ3 ſincera mẽte deos placari. Tetigit, quia ſacrificantes aram tangebant. Virgilius. Talibus orabat dictis araſq; tenebat, & in duodecimo, Audiat hęc genitor qui foedera fulmine ſancit. Tango aras medios ignes & numina teſtor. Non Blandior ſumptuoſa hoſtia: quę nõ erit magis blanda cum hoſtia: quę ſit ſine hoſtia. Farre pio & mica ſalis: ideſt mole: ſalſa fiebat ex ſale horno & fruge horna. Proprie autem micę ſunt fruſtula: quę tractantibus nobis aliquam rem inde emicant. Ergo minutia rerũ micas dicimus. Saliente, quod ꝓprium ẽ ſalis: nam ſalire epulas ẽ ſale condire. Aliqui dicunt ſaliente ſaltante: quia igni tactus ſal ſaltat. Salire ergo e ſale condire. Eſt etiã ſaltare: Sed in pecore dicimus ſalire: quando mas cum foemina coit: nam ſaliendo aſcendunt. Vnde ſalaces luxurioſos dicimus.

INtactis opulentior. Animaduerterat poeta nullã perniciem hominibus capitaliorem eſſe: quam auaritiã. Quapropter uariis rationibus hactenus illam e mentibus humanis euellere tentauit. Nunc autem maxime ex eo a uita amouendam eſſe probat: quia neque fata neque mortem fugant diuitię. Cenſet igitur abigendam omnem cupiditatem: ne uitiis quę ab illa ſunt coinquinemur. Cum illi qui cum uirtute degunt: & in uita magno in honore habeantur: & poſt mortem celebre & immortale de ſe nomen relinquant. Intactis, integris. Et ẽ ordo Licet tu opulentior theſauris intactis arabum aut indię occupes mare tyrrhenum & punicum tuis cementis: ideſt tuis ędificiis: tamen tu non expedies animum tuum metu mortis: neque expedies caput a laqueis ideſt neque fugies metum mortis: neque ipſam mortem: ſi dira neceſſitas: ideſt mors quę dira in omnes ẽ & incuitabilis, figit clauos adamantinos ſummis uerticibus. Arabum, quia propter copiam aromatum quę in omnes orbis partes inde exportantur undique ingentes pecunias coaceruant. Indię, hęc fertilitate agrorum prę terea auro argentoque unionibus qui ex mari ſunt & multis prętioſiſſimiſque lapillis reliquas regiones ſuperat.

Tyrrhenum mare, per hyperbolem exprimit inſanas ſtructiones illius ſeculi & moles in mari iactas. Nam. L. Luculli multas egręgiaſque uirtutes pauci imitati ſunt. Profuſas autem ędificationes multi: de quibus paulo ſupradictum ẽ. Punicum, quod continuat cum tyrrheno. Caput laqris. Nam mors oĩs illaqueat nęc poteſt qſquam ab

illius laqueis caput dissoluere. Figit clauos adamantinos idest infrangibiles: ut est adamas. Summis Verticibus idest summis & in excelso gradu constitutis uiris. Sit igitur quod neque diuitiæ neque opes possunt a nobis arcere mortem. Scythæ nam in scythia populi sunt quos scythas nomadas idest pastores appellant. Qui armenta sequentes familiam omnem & supellectilia plaustris imponunt: & sine certis sedibus semper uagi noua pascua secuntur. Iugera Immetata, quia cum omnia habeant communia non sunt terminis neque limitibus distincte terę. Ergo ferūt liberas fruges quia nullius propriæ sunt. Annua nam tantum serunt quantum ad annum sufficiat. Defunctum

Campestres melius scythæ
Quorum plaustra uagas rite trahunt domus
Viuunt & rigidi getæ
Immetata quibus iugera liberas
Fruges & cereres ferunt
Nec cultura placet longior annua
Defunctumque laboribus
Aequali recreat sorte uicarius
Illic matre carentibus
Priuignis mulier temperat innocens
Nec dotata regit uirum
Coniunx nec nitido fidit adūltero
Dos est magna parentum
Virtus: & metuens alterius uiri
Certo fœdere castitas
Et peccare nefas: aut pretium est mŏri
O quisquis uolet impias
Cedes & rabiem tollere ciuicam
Si quæret pater urbium
Subscribi statuis indomitam audeat
Refrenare licentiam
Clarus post genitis quatenus heu nefas
Virtutem incolumen odimus
Sublatam ex oculis quærimus inuidi
Quid tristes querimoniæ
Si non supplicio culpa reciditur?
Quid leges sine moribus
Vanæ proficiunt? si neque feruidis

Sententia est cum alius hoc anno terram colurrit: ut tibi & sibi alimenta essent: tu uicissimi succedis & terram collis daturus & sibi quod sat est. Defunctum laboribus qui labores finiuit: ut non sit plus laborandum. Nam uicarius est qui alteri suas uices gesturus succedit. Aequali sorte quia & ipse annuum laborem explet. Illic matre. pr. Nouerca enim non sęuit inpriuignos. Quod contra suis temporibus uituperat Maro. hippomanes: qd sępe malę legere nouercę. Miscuerunt quę herbas & non innoxia uerba & Iuuenal. Hyppomanes carmenque loquar coctumque uenenū: preuignoque datum. Priuignum autem dixerunt: quia prię quam secundę nuptię ueniant: genitus sit. Prienim antiquitus Pompeius affirmat: pro prędixerunt. Temperat. abstinet ab iniuria. significat etiam gubernare: sed tunc acturo iungitur. Nec dotata. Non sunt tibi mulieres cum magis dotibus quibus fretę maritis imperent. Plautus Deté accepi libertatem uendidi. Regit Virum: quia non uiuit uir uxoris nutu. Nec Nitido. f. a. Ostendit audaciam earum mulierum: quę fretę adultero nihil reuerentur. Nitido. splendido. Certo Fœdere, nam fœdus est in coniungio: ut alter alteri fidem seruet. Pretium. Et pro poena capitur: sic Terent. Pretium ob stultitiam fero. O Quisquis. Alloquitur principes ciuitatis & admonet posse tolli omne uitium si coherceatur licentia. Pater urbium. Nam qui bene de repub. meriti sunt illis statuę decernuntur cum titulis: in quibus ipsi patres patriæ appellentur: ut Camillo contigit &. Ciceroni. Nam ii non propter adulationem: ut imperatores: sed propter eorum merita non a populo in seruitutem redacto: sed ab eo populo quem ipsi a seruitute tutos reddiderant patres patriæ sunt appellati: unde. Iuuenalis. Roma patrem patriæ ciceronem libera dixit. Subscribi, quasi hypogramma ponere. Clarus scilicet fama & gloria nominis. Post Genitis posteris. Quatenus. Vitium est omnium sęculorum: ut uiuentium uirtuti inuideamus: post mortem autem in honorem habeamus. Ergo quatenus idest quousque odimus nos uirtutem incolumen idest uirtutem uiuentiū hominum: quasi dicat semper odium⁹. Heu nefas. Per interpositionem dictum est: ut exprimatur dolor. Odimus ergo uirtutem in uiuentibus. Deinde cum est sublatae oculis. i. cū defunctus est hō: in quo uirtus erat tūc illā q̄rimus. i. desideramus. Posuit. n. subsequēs p antecedēti nā desideriū ingressionē antecedit. Quid tristes. q. Hęc. n. in ciuitatib⁹ cōsuetudo: ut oēs uitā turpē doleam⁹: pauci corrigere tętet. Ergo nihil ualēt tristes & seuerę q̄relę: si culpa nō punit. Quid leges nihil ualēt leges. Sine Moribus. in. si deducūtur i cōsuetudinē. Vanę. i. q̄ uanę sūt si sint sine moribus. Quid ergo prosūt leges: nisi mercatorū auaritiā cohibeāt: nihil pfecto: Leges. n. inuētę sūt: ut aut recta iubeāt: aut a prauis coherceant. Sin eg3 fę. i. c. si neg3 mūdi pa

inclusa caloribus: ut sunt loca torridę zonę subiecta nec latus finitimum borcę. i. plaga septętrionalis. Niues duratę. i. glacie astrictę. Abigunt. Arcent quin illas adeat. Immo ē tanta habendi cupiditas ut ingenium acuant: & inueniant per caliditatem artem: qua nauigando tępestates superent. Hoc autem ē quia tale opprobriū paupertatem putāt ut omnia pati uelint modo illam fugiant Eandem sententiam alibi pronuntiauit. Impiger extremos currit mercator ad indos per mare pauperiem fugiens per saxa per ignes. Ergo parati sunt omnia pati: ut paupertatem fugiant. Virtutis autem uiam deserunt. Arduę. quia sublimis ē uirtus: uel arduę difficilis. Nam aspera primo & pene inuia & sudoris continui & laboris plena ē uia: quę ad uirtutem ducit. Vel nos posīq̄ moribus impedimento sunt diuitię uel illas trasferamus ad capitolium iouis templum exornandum. Quo. i. quod capitolium uocat clamor: quasi dicat plausus qui exhibetur bus triumphanti. Fauentium quasi plaudentiū Ergo hunc potissimum locum nostris diuitiis ornemus: ad quē tāt⁹ concursus ē: quasi dicat ut si religionis causa id non facimus. faciamus causa glorię. Vel in mare. q. d. tantorum malorum causa sunt diuitię: ut etiam non sit inutile eas abiicere. Vel mittamus in mare proximum: scilicet tyrenū g. &. l. & au. m. cum sit materies tanti mali. Si bene pęnitet. idest si uera ē nostra pęnitentia. Eradenda. penitus euellenda. Elementa. principia in quacunq; re elemēta dicimus. Tenerę molles & effoeminatę. Vel tenere propter iuuentutę; pro tempore recto informari possunt. Hęrere. nam qui hęret etiam si excutiatur: non cadit. Rudis. quia se non exercuit. Dolet igitur q̄ puerilis ętas uel troco lude mutili ludat. Vel q̄ pernitiosius ē alea: quę legibus uetatur. Ergo quia non cohibetur licentia aut uanitati. studet: aut rebus pernitiosis. Equitare autem: ut uenari. quę studia & animi & corporis uires augent non uolunt. Trocho instrumento ē orbiculatum in acutum desinens: quod hēnis uerberatum assiduo uoluitur. Estq̄ gręcum uerbum τρόχω τοῦ & rotum significat & reuolutionem. Hunc latini turbinem appellant. Virgilius. Ceu quōdam torto uolitans sub uerbere turbo. Quem pueri magno in gyro uacua atria circum intent. Ludo exercent illi actus habena Curuatis fertur spatiis stupet inscia turba: Impubesq̄ manus minata uolubile buxum. Dant animos plagę. Cum periura patris fides. sententia ē pater per summam perfidiam pecuniam querit: quam filius ludendo perdat Periura fides: idest perfidia quę ē quando fides periurio fallitur. Consortem socium. Et socium & societates in mercatura dicimus: ut in multis locis apparet apud Ciceronem: & pręsertim in cationę pro. P. Quintio. Consortem. sortem & caput dicitur prima pecunia: quę confertur in societatem ut inde lucrum fiat: quod nostri societatis corpus appellant. Ergo consortem. i. qui tantundem sortis attulerat ad societatem: quantum ipse: & tamen non tantum lucri socio ascribit quantum sibi. sic ergo puto intelligi consortem: sed dicimus etiam consortem qui eiusdē sit sortis & conditionis & fortunę. Vir. Et me consortē nati concede sepulchro fallit igit̄ sociū quod scelestissimū putatur. Cicero. pro. Sex. Roscio. Recte igitur maiores nostri cum q̄ socium fefellisset in bonorū uirorū nūero hūdū nullo mō putauerūt. uidet autem sentire poeta q̄ parentum

Pars inclusa coloribus
Mundi nec boreæ finitimum latus
Duratæq; solo niues
Mercatorem bigunt: horrida callida
Vincunt æquora nautæ
Magnum pauperies opprobrium iubet
Quid uis & facere & pati
Virtutisq; uiam deserit arduæ
Vel nos in capitolium
Quo clamor uocat: & turba fauentium
Vel nos in mare proximum
Gemmas & lapides aurum & monile
Summi materiem mali
Mittamus sæculum si bene pœnitet
Eradenda cupidinis
Praui sunt elementa & tenere nimis
Mentes asperioribus
Formandæ studiis; nescit equo rudis
Hærere ingenuus puer
Venari timet ludere doctior
Seu græco iubeas trocho
Seu malis uetita legibus alea
Cum periura patris fides
Consortem socium fallit & hospites
Indignoq; pecuniam
Hæredi propter; scilicet improbe
Crescunt diuitiæ tamen
Curtæ nescio quid semper abest rei

Liberum inuocat laudes cæsaris dicturus.

Ode. xxv. DICOLOS.

scelera causa sunt:ut malo exemplo filii peccant Iuuenal.Sic natura iubet uelocius & citius nos Corumpunt uitiorũ exempla domestica magnis cum subeunt animos auctoribus. Nospitem de quo alio loco dictum est. Indigno hęredi. Filio qui propter scelera indignus est illa pecunia. Vituperat ergo auarum primo quod quęstus gratia tolleret omnes labores:atq; pericula. Deindeq; perstultitiam putet summum malum esse paupertatem. Tertio in loco q̃ quęrat per omne nefas & sceles. Additur quarto q̃ sit malo exemplo tenerę ętati filiorum. Additur & quinto q̃ diuitias pariat hęredi indigno postremo quod etiam post multas opes partes adhuc cupiditates sua non expleuerit.

QVo me bacche rapis tui
Plenũq; q̃ nemora:aut quos agor i specus
Velox mente noua? quibus
Antris egregii cæsaris audiar
Aeternum meditans decus
Stellis inferere & con ilio iouis
Dicam insigne recens adhuc
Indictum ore alio non secus in iugis
Eosomnis stuoet euchyas
Hebrum prospicies & niue candidam
Thrachen ac pede barbaro
Lustratam rhodopen:ut mihi deuio
Ripas & uacuum nemus
Mirari libet,o naidum potens
Baccharumque ualentium

Quo me bacche rapis. Quia desperat humana mẽte posse laudes. Cęsaris dicere:cupit furore dei rapi:& cum uehementer cupiat: iam se rapi putat. Admirabũd⁹ ergo dicit. Qui me bacche rapis & triplici:ut alio loco demonstratum est:colore uehementiã e primit Repetitione. Dissoluto & interrogatione. Plenum tui parcitum tuo furore: quo poetę altius insurgere possunt & grandiora efferre. Nam q̃ uatib⁹ pręsit Lucanus demonstrat. Nec si te pectore uates accipiã cyrea uelim secreta mouentem solicitare deum: bacchũque auertere nysa. Specus hoc nomen & neutrum inuenitur hoc specus Vir. Hic specus horrendum & sęui spiracula ditis. Ennius aũt in foeminini no posuit:ut ait priscianus dicitur etiã spelunca & speleum. Vir. ipse inter siluas inter spelea feratum

Dixit aũt in quos specus:cum se furore plenũ sentire:quia ex antris prouenire solẽbãt ab aliquo deo immissi furores: ut uidemus in sybilla & i pythia Apollinis sacerdotes. Nemora quę & bacchi sacris & poetis apta sunt. Velox ad ingenium allegoria est. Noua mente ideſt insoluta ergo plusquã humana. In quibus antris audiar. Vt in illis diuinũme nomen afflet quo possim inserere stellis ideſt consecrare cęlo. Decus cęsaris ideſt ipsum cęsarem: cui erit summum decus:quasi annuat illum in signum aliquod cęleste conuersum iri Sic enim & Vir. spatium librę occupaturũ scribit:ut sit inter scorpium & uirginem:ut a scorpio martis domicilio disciplina rei militaris a uirgine quę mercurii est scientia atq; eloquentia prouentura sit. Ait enim Anne nouum tardis sydus te mensibus addas Qua locus erigonem inter chelasq; sequentes. Panditur ipse tibi iam bracchia contrahit ardens Scorpius & cęli iusta plus parte reliquit. Egregii quasi qui unicus inter mortales sit. Consilio io. Hoc aũt consilium ideſt concilium deorum cętum intelligit nam omnes ioui assistunt Vir. Panditur interea domus omnipotentis olympi. Conciliumq; uocat diuum pater atq; hominum rex. Fingunt enim poete iouis regiam in medio cęlo esse. & maiores deos propinquas illi sedes habere. Minores longius abesse Qui. Hac iter est superis ad magni tecta tonantis. Regalemq; domum dextra leua q̃ deorum Atria nobilium ualuis celebrantur apertis. Plebs habitat diuersa locis. Dicam cassam:ut poeta Virgilius Dicite quandoquidem molli consedimus herba. Insigne recens quasi insolitum quod declarat addens adhuc indictum. Ore alio pollicetur se carmen in henorem Augusti formaturum:quod hactenus dictum non sit:quia carmen lyricum nemo e latinis adhuc tentarat. Ipse in epistolis. Hunc ego non alio dictum prius ore latinis Vulgaui fidicẽ Neque arroganter hęc scribit. Nam iam demonstrauit non suis uiribus hoc euenturum:sed affatu numinis Vel ostendit id Cęsar feciſſe:quod nondum quisquam feciſſet:propterea que a nemine dictum. Nonsecu. Non magis delectatur Euchyas ideſt bacchi sacerdos ab ipso Euchyo ideſt baccho denominata prospicere hebrum & rhodopen:quam ego uidere ripas & nemora. Eosomnis uigilans:nocturno enim tempore celebrabant hęc sacra. Hebrum. hic in thracia fluuius est cuius in hostio Polydori tumulus:& non procul inde Apollinis templum est. Candidam niue. Nam regio septemtrionalis est & frigida. Rede barbaro. Nam ipsi thraces barbari sunt qui. Orpheo canente orgya baccho celebrabant. Lustratam circundatam a bacchantibus:uel purgatam sacris bacchi. Vacuum desertum ergo poetis aptum. Rhodopen. mouens thracię sic a puella pulcherrima denominatus. O Naiadum.p. Nam baccho & musę & nymphe dantur. Valentium euertere pro. fr. Nam parcitę numine bacchi supra humanas uires possũt. Tacitęque etiam exphysica ratione ostendit uino uires augeri Fraxinus autem arbor est:que montibus gaudet. Virgilius. Fraxinus in siluis pulcherrima pinus in hortis. Arbor celebratissima est ab Homero in hasta Achillis. Huius succus adpotum expressus contra serpentes ualet. Arborem ipsam ita refugiunt:ut ne umbram quidem attingant. Expattum se Plinius affirmat:si necessitas sit:se pentem in ignem potius quam in fraxinum effugere Dulce periculum o periculũ quidem est in res tam magnas sequi tę. Sed tamen nó est sine uoluptate tale periculum. Cingentem. Velbacchum

ipsum cingentem. Vel é periculum hominem cingentem sequi te.

OIxi puellis nuper idoneus. Longe diuersum a superiori argumentum é. Nam infima ex sumis prolapsus dicit se uelle relinquere q̄ ad uenerem pertinent cū iam huius modi militia functus sit. Rogat tamen ut Cleon arrogāti mulieri uices suę crudelitatis reddat. Nup. q.d. usq; in hanc ętatē. Militaui. Nā species quedā militie esse uidetur amare. Hinc Ouid. Militat ois amans: & habet sua castra cupido. Non sine gloria. Et quia strenuę me gessi: neq; laboribus periculisq; peperci; & quia re amata potius sum. Vt in militari disciplina laus summa é & labores perferre & uictoria potiri. Nunc quoniaz per ętatem amplius illam militiam exercere non licet. Arma. cuiuslibet artis instrumenta arma dicuntur. Erat autem prisca consuetudo ut qui alcui arti renūtiaret deo illi qui arti pię esset: instrumenta eius artis suspenderet. Quapropter ipse in epistolis Veianius, armis Herculis ad postes fixis latet abditus agro. Et Virgili⁹. Hic ęstus uictor artemq; repono. Hic paries, paries huius templi. Leuum latus ueneris .i. statuę ueneris. Marinę. quę ut iam diximus in mari orta é: propterea q; in littore sibi templa: ut plurimuz fiebant. Iuuenalis. Ante domum uenerit quam dorica substinet anchon. Defunctum bello. non discessit a translatione. naz si amare militia é: qui amard cśinit: bello defunctus é. Ponit autem arma huius militię barbaton. i. lyram funalia quę amantib⁹ noctu luceant & uectes & arcus quibus amicaruz domus expugnent. Minaces foribus oppositi. minantur enim si fortes se opponant & non pateant

Prōceras manibus uertere fraxinos
Nihil parum aut humile modo
Nil mortale loquat dulce periculum est
O lenee sequi deum
Cingantem uiridi tempora

Ad Venerem. ODE. XXVI.

OIXi pūelis nuper idoneus
Et militaui non sine gloria
Nunc arma defunctumq; bello
Barbiton hic paries habebit
Leuum marine qui ueneris latus
Custodit: hic hic ponite lucida
Funalia & uectes & arcus
Oppositis foribus minaces
O quæ beatam diua tenes cyprum: &
Memphim carentem sythonia niue
Regina sublimi flagello
Tange chloen semel arrogantem.

Ad Galatheam sui non esse
memorem. ODE. XXVII.

IDICOLOS

iMpios parrę recinentis omen

Vectes. Instrumenta sunt ad aliquid subuertendum euertendumq;. Quapropter & trhaso thaidis domum e- pugnaturus inquit Procede huc cuz uecte dora-. Cypron. ut supra sperne dilecta cypron. Memphis urbs in ęgypto a Memphite rege condita. Alii dicunt ab epapho. Voluntq; usum carthę primo in ea inuentum. Strabo uult non apd Imemphin ubi apis aliter uacca uenerem coli herodotus scribit sed ostri regi ęgypti successisse mēphitē atq; illi in urbe memphi lucum sacrum fuisse & i loco templum ueneris hospitę quod idem herodotus helenę fuisse credit. Memphitem autem regez eum esse uul.: gręci proteum appellant. Diodorus uero siculus memphim conditam refert ab Ogdoo rege in eo loco in quo nilus se in plura diuidēs delta facit illamq; & pulcherrimam & munitissimam At in ea regiam posuisse: quę hactenus thebis fuerat, propter quam rem semper deinceps diminutę sunt thebę: semperq; aucta memphis usq; ad conditam ab Alexandro alexandriam. Volunt autem memphim dictaz de noie suę filię: quam dicunt a nilo adamatam & sub forma tauhri compressam ęgyptum peperisse: a quo regio ipsa nomen accepit. Carentem sy. ni. quia in regione calida é. Sythonia thracensi a monte thracię. Virgilius. Sythonasq; niues hyemis subeamus aquosę. Sed posuit speciem pro genere. Sublimi flagello. Sententia é Tu me uenus assiduis uulneribus amoris confodisti. Fac ergo ut illam non dico uulneres: sed tangas & tangas nō pluries sz semel & n ó ferro sed flagello: nec cum toto flagello: sed cum extrema parte flagelli. Locus é profecto artificiosissimus. Sed quez non minori artificio imitatus sit lyricus noster florentini carmis poeta. FRANciscus petrarcha. Et certo al mio parer non gli fu honore Ferir me di sacrita in quello stato. Allei armata non monstar pui larco.

IMPIOS parrę recinentis omen. Res infima é: sed non infimo artificio tractata. Conatur Galatheaz ab itinere quod contra poetę uoluntatem susceperat reuocare. Sed ne mulierculam offendat: insinuatione utitur. Nam dum prēcatur sibi iter foelix: paulatim admonet non esse proficiscendum. Habet ergo causaz turpem: non quia natura turpis sit: sed quia dicitur turpem habere causam orator: cum ipsa a se alienū reddat

animum auditoris:ergo in turpi causa utitur insinuatione. Deinde cum iam animum auditoris occupauit:aperte rem ingreditur. Impios:genus causę deliberatiuū est. Huius finis utilitas habetur. Hęcautem in tutum & honestum diuiditur. Demonstrat autem inutile esse iter:quia periculosum. Omen pro augurio posuit. Augurium autem sit aut ex garritu auium:idest ex cantu:aut ex uolatu:aut pastu:ex qđ appellatur tripudium quasi terripauium. Quapropter dicunt augurium quasi auigerium idest eam diuinationem quam aues gerunt. Alii ab auium gustatu alii ab auium garritu. Dicebantur autem ab auguribus prępetes aues:quę oportunę pręuolant:aut idoneas sedes cupiunt ut placet Gellio. Harum autem contrarias, Nigidius figulus inferas appellat. Verum apollinaris sulpitius eas prępetes dici uult quas. Homerus τὸν δ' ἰὼν ὄρνυτο appellat: quoniam istas aues potissimum augures spectarent quę ingentibus alis patulę atque porrecte preuolarent. Prępes etiam pro ueloci simpliciter appellarunt, ut Ennius annalibus. Brundisium pulchro pręcinctũ prępete portu. Oscinas autem eas uolucres dixerunt: quę non uolatu:sed cantu auguria faciunt: quasi quod ore canant. Virgilius utriusque in eodem uersu meminit. Qui uolucrũ linguas: qui prępetis omnia pennę. Inaugurandi aras romã etiam circa initia sua ex ethruria traducta est.

Ducat & prégnas canis aũt ab agro
Raua decurrens lupa lanuino
Fætaque uulpes
Rumpat & serdens iter institutum
Si per obliquum similis sagittæ
Terruit marios:ego cur timebo
Prouidus auspex
Ante quam stantes reputant paludes
Imbrium diuina auis imminentum
Oscinem coruum prece suscitabo
Solis ab ortu
Scilicet fœlix ubicunque mauis
Et memor nostri galàthea uiuas
Teque nec leuus uetet ire picus

Actoris tamen nomen. Ouidio quoque teste ignoratur:quia uetustate intercidit. Videmus enim & Romulum de imponendo urbi nomine augurio cum fratre certasse. Numa deinde qui Romulo successit perpetuum sacerdotium huic rei constituit. Vehementer prostremo creuit auctoritas ex peritia acii Nauii auguris: Volebat enim quędam preter maiorum instituta mutare Tranquinus priscus:Negabat nauins i auspicato fieri oportere. Quem illudens rex age inquit inaugura an fieri possit quod mente concipio fiet inquit. Accius. Atqui concepi mentę inquit res nouacula cotem tiscindere:perage ergo hoc postquam aires tuę fieri posse ostenderunt. Tum ille incunctantur cotem nouacula discidit. Quo miraculo & uehementer motus rex est:& tanta illi atti auctoritas accessit:ut nihil domi foriśque postea nisi auspicato gerceretur. Fuerunt a principio tres augures singuli licet ex singulis tribubus Rannensi Titiens & Lucera. Deinde auctus est quartus. Postremo cum plebs in partem omnium dignitatum ad mitti obtinuisset. M. V. &. Q. Apuleo consulibus ad quattuor patritios quinque plebei creati sũt ut essent nouem augurum collegium. Parrę auis species est. Hanc puto per onomatopeam dici a littera. p. et. r. qua in canendo utitur illa auis. Recinentis ergo oscina & non prepes. Pregnans ca. Et hoc inter mala auguria computabant. Raua a colore oculorum torua:aut a uoce non clara quasi rauca aut rabida Rauium dicunt colorem subnigrum idest nigrum fuluo admixtum. Lanubino species est pro genere. Vulpes:quasi uolipes dicitur. Hęcautę omnia quę ponit:mala erant auguria. Per obliquum. Cum ex transuerso uiam eunti precidit. Similis sa. Quia uelox. Mãnos:ęquos dixerunt currum trahentes qui mansueti idest manibus assueti aurigę illum secuntur. Ipse alibi & appia mannie terit. Quid timebo tacite sibi fidem querit:ut sit sententia. Potero tibi consulere:cum sim prouidus auspex:modo tu obtemperes. Antequam promittit se prius bona captaturum auguria quam mala proueniãt Ordo autem est. Ego prouidus auspex suscitabo pede corruum obscinum ab ortu solis:antequam auis diuina imbriũ imminentium repetat paludis. Corruum obscinem excitabo coruum ut sit obscinus idest ut cantu augurium det:& suscitabo ab ortu solis:quia inde a coruis bona proueniunt auguria. Contrarta ab occasu. Soli corui:ut refert plinius uidentur intelligere sua auguria. Nam cum medi hospite occisi sunt:omnes e peloponneso & attica regione migrarunt. Diuina imbrium cornix ut puto pe qua Virgilius. Tum cornix plena pluuiam uocat improba uocę. Sis. Li. f Adhuc in insinuatione est. Fringit enim arbitrio suo permittere quod paulo post conabitur eriperere. Et magnam beniuolentiam ostendit:eum precetur foelicitatem etiã ab futurę modo sui non obliuiscatur. Leuus uel simpliciter aduersus:uel leuus quia a parte sinistra uolans malum afferat augurium. Sed quoniam reliqua de augurio paulo antedi i:non grauabor formam quoque inaugurandi breuiter referre unico tantum exemplo:a quo rem in alia facile erit transferre Petebat editum lucum augur uõ in longum cęli spatium prospectus esset:atque in augurandum idest eum pro quo capturus augurium esset super lapidem meridiem uersus sedere iubeat. Augur autem ad leuam sedens capite uelato baculum quem litu dicunt in manu tenebat. Inde prospectu i urbem agrumque capto deos precatus regiones

ab oriente ad occasum determinat dextras ad meridiem.lęuas ad septentrionem esse dicit erat ad antica & postica ab oriente & occidente. Hoc; spatium templum nominãt. Tum lituo in leuam translato dextra in caput eius qui in augu ratur postea ita precatur. Iuppiter pater si ẽ fas hunc Numam populium cuius ego caput teneo regem romç esse ut signa nobis certa ac clara sint inter eos fines quos feci. Tum pergit uerbis auspicia quç mitti uellet: quibus missis nuntia de templo declaratus rex descendit. Hęc forma in augurandi regis ad alia transferre possumus. Sed iam ad textum redeo. Picus. picum regem filium saturni fuisse dicunt qui cum amaretur a Circe. ipse autem cum impomonam pomorum deam inclinaretur a circe in auem sui nominis. i. in picum martium mutatus ẽ. Virgilius. Picus equum domitor quem capta cupidine coniunx aurea percussũ uirga uersumq; uenenis. Fecit auez circe sparsitq; coloribus alas. Plinius ait picos principales esse in latio in auguriis a rege q eis nomen dedit. Refert q in. L. Tuberonis pretoris urbani capite ita placide resedisse: ut manu prehenderetur. Dixere augures si dimitteretur reip. exitium portendi si exanimaretur pretori. Exanimauit pretor ac paulopost impleuit prodigium. Vaga. hinc Virgilius Et sola in sicca secum spatiatur harena.

Nec uaga cornix:
Sed uides quanto trepidet tumultu
pronus orion: ego quid sit ater
Adriæ si nouissimus: & quid albus
peccet iapix.
Hostium uxores pueriq; cæcos
Sentiant motus orientis austri
Aequoris nigri fremitum & trementes
Verbere ripas
Sic & peuro. æ niueum doloso

Cornix. ẽ in fabulis hanc coronei ex regio genere filiam fuisse: quam cum maris deus amaret: atque insequeretur miseratione commota pallas illaz in auem conuertit: & in suam tuteiam suscepit. Decerat per ea tempora Erichthonium serpentinis pedibus puerum in cysta inclusum tribus uirginibus seruandum pallas ea lege ne quod in cysta latebat inspicerent. Verum cum una inspexisset statiz ipretum mandatum a pallada rettulit cornix. Sed non placuerunt Palladi huiuscemodi mores. Quapropter eam a sua tutela amouit. Dicunt prętereà cornicem in templo luco ue Pa ladis raro fuisse uisam Athenis autem quę urbs illi sacra ẽ nunquam. Noctua autem que secundum fabulas cornici successit in tutela. Minerue frequentissima apparet. Vnde ẽ prouerbium noctuas athenas. Sed uides. posiquam per insinuationem animuz. Galatheç occupauerat: nunciam a parte illam a profectione dehortatur. Trepidet festinet. Tumultum. Motũ aeris intelligit. aut ex uento aut ex fulmine aut ex pluuius. Pronus. nam in deucxo cęli positus pronus dici potest Ego quid sit. quasi dicat quia sępe expertus sum: iccirco facile uaticinor. De lapice autem & Orione dictum ẽ. Albus. uel quia ex uehementi tempestate spumas citet: uel quia ciciores nupes & propterea albas inducat. Hostium uxores pueriq; quos perire cupimus. Cecos. non intellectos uel qui in obscuritate nubium fiant. Nigri noxii uel quia obscura inducat nubila. Fremitum: undarum & tonitruum. Ripas: ideſt littera. Verbera: scilicet undarũ quibus littora uerberantur. Sic & enim opę. Vt europa decepta ẽ a tauro: quem mitem putabat: & nihil tale de eo tu spicabatur: sic tu ni caues: ab austro decipieris. Credit illa tauro & poenituit. Tu austro credis & poenitebit. Europa agenoris phocuicię regis filia fuit: & cũ una cum uirginibus tyriis inter armenta luderet captus eius amore iuppiter per mercurium curauit: ut armenta a montibus littora admouerentur. Ipsi autem in pulcherrimum taurum conuerſus mitem se uirgini obtulit. at illa & pulchritudine & mansuetudine illius delectata adea paulatim assueuit: ut illum ascendere non dubitarit. at Iuppiter optatam predam per mare uehens in cretam transuexit: & in ueram formam reuersus pro coniuge habuit: ex eaq; minoa Rhadamanthum & sarpedonem substulit. Historiam multi esse putant q Iuppiter illam nauicui tauro insigne esset ephoenicia in cretam traduxerit: & deinde. asterio regi uxorem dederit: ut placet Eusebio. at augustinus non asterium sed Xanthum nominatum uult: Sed neq; de tempore conuenit. Eusebius anno quadragessimo regni Danai a ioue raptam ponit & deinde ab asterio rege cretensium in coniugem ducta anno mundi septuagessimo nono supra septingentos & tria milia. Quidam uolunt Pandione athenis regnante anno mundi sextadecimo supra tria milia & non ingentos quod tempus magis conuenit iis quę de minoe filio dicuntur.

Palluit audax: ideſt uehementer timuit ea quę prius audax fuerat. Scatentem quasi pullulantem. sub lustri parum in usu ẽ lustris: sed eius compositum illustris. lustris autem a lucendo dicitur. Centum oppidis unde erat omnis ẽ dicta. Homerus illam ab Vlyxe nonaginta urbium nominatam dicit alias centum urbium ipse illam nominat referens hoc ad tempora sua. Sed ephorus secundum troiana tempora decem condita ad alchmente argiuo comitantibus dorien sibus refert. O pater nomen relictum. ideſt neglectum inuocat enim pater: & simul ostendit non esse dignam que illum noceat: quoniam neglexerat eum. Pietas dolet etiam pietatem nõ obseruasse: sed crimen in

furorem reiicitta quo uicta pietatem deſerere coacta ſit. Vnde quo ueni quaſi dicat ueni a patre apud quem degere par fuit & ueni ad raptorem: quo nunquam uenire debui. Admiratur quomodo tantum ſcelus admittere ſubtinuerit & cum non poſſet credere dubitat ſomniet an uigilet. Vel admiratur quod tam breui temporis ſpatio e phoenicia in cretam uenire potuerit. Quapropter ſiue hoc ſiue illud admiretur dubitat an hęc uera ſint an ſomniet. Leuis una mors. Sententia eſt quod peccatum a uirgine commiſſum maius ſit: quam una morte poſſe puniri. Ludit imago. Decipit inſomnium quę eſt imago quedam rerum quas uidere uidemur & non ſunt: & dicit imaginem prophantaſmate. Carentem uitiis: nam ſi non commiſiſſet: ſed ſomniaſſet: careret. Vana quę porta c. e. Eſt apud Maronem ſunt geminę ſomni portę: quarum altera fertur. Cornea qua ueris facilis datur exitus umbris. Altera candenti perfecta nitens elephanto. Sed falſa ad cęlum mittunt inſomnia manes. Quo in loco ſeruius per portam corneam oculos ſignificari uult: qui & cornei ſunt coloris & duriores: nam frigus non ſentiunt. Per eburneam autem os in quo dentes ex colore eboris ſunt.

Ergo per corneam uera ſomnia: per eburneam falſa dicit. exire: quia quę loquimur uera poſſunt eſſe & falſa: quę uero uidemus uera eſſe neceſſe eſt. Macrobius autem Virgilius ex ſententia Porphyrii locutum uult. Ait enim Porphyrius omne uerum latere. Sed illud tamen anima cum ab officiis corporis per ſomnum paululum libera eſt interdum aſpicit. Non nunquam intendit aciem: & tamen non peruenit ad cognitionem. Verum cum aſpicit non tamen libero & directo lumine uidet: ſed interecto uelamine quod a nexu caligantis nature obducitur. Hoc ergo uelamen cum inquiete ad uerum uſque aciem animę admittit de cornu fingitur uenire ſomnium. Nam cornu natura eſt: ut uehementer attenuatum uiſui ſit paruium & illum admittat ut quod uerum eſſe in laternis apparet cum uero animi aciem ita hebetat ille nexus de quo dixi ut a uero repellat talis intuitus eburputatur: cuius corpus adeo denſum ſit: ut ne attenuatum quidem perſpicuum ſit: & uiſum admittat. Quapropter falſa in ſomnia per eburneam portam exire & Homerus & Virgilius fingunt. Ergo & Horatius hoc ſecutus cum uelit demonſtrare falſum inſomnium per eburneam portam emiſſum dicit ſed ſomnium pro inſomnio poſuit quod patet in eo loco in quo quinque ſomniandi ſpecies poſuimus.

Credidit tauro latus & ſcatentem
Belluis pontum mediaſque fraudes
palluit audax
Nuper in pratis ſtudioſa florum: &
Debitæ nymphis opifex coronæ
Nocte ſub luſtri nihil aſtra pretei
Vidit & undas.
Quæ ſimul centum tetegit potente
Oppidis creten: pater o relictum
Filiæ nomen pietaſque dix t
Victa furore:
Ande quo ueni leuis una mors eſt
Virginum culpæ. uigilans ne ploro
Turpe commiſſum an uitiis carentem
Ludit imago.
Vana quæ porta fugiens eburna
Somnium ducit: melius ne fluctus
Ire per longas fuit in recentis
Carpere flores:
Siquis infamem migi nunc iuuencum
Dedat iratæ: lacerare ferro: &
Frangere nidar modo multum amati
Cornua tauri:
Impudens liqui patrios penates
Impudens orcum moror: o deorum

Melius ne Damnat ſtultitiam ſuam: quę propoſuerit periculum maris & nefarium ſcelus uoluptati legendorum florum & innocentię. In quo naturam hominum expreſſit poeta. Nam dum inflammantur aliqua ardenti cupiditate ad uoluptatem explendam: nihil illis penſi eſt recte an perperam id fiat: & dum quod cupiunt aſſequantur nullum in illis diſcrimen eſt inter ęquum & iniquum inter rectum & prauum. Deinde ubi iam uoluptate aut ceſſante aut refrigeſcente ratio quę hactenus libidine ſubmerſa fuerat emergit: lumineque ſuo mentem prius obſcuratam illuſtrat tum demum ſtultitiam noſtram recognoſcimus: & factum damnantes poenitentia dicimur. Hoc eſt quod & uirgiliana Dido de ſe conqueritur. Nam cum epimeteo ſerior furorem ſuum recognoſcere in hęc uerba prorumpit quid lequior aut ubi ſum: quę mentem inſania mutat In foelix dido nunc te facta impia tangunt. Tunc decuit cum ſceptra dabas. Quem locum in noſtris uirgilianis allegoriis nos ad huiuſcemodi ſententiam recte (ni fallor) traduximus. Siquis infamem. Semper enim cum cupiditas diſcedit ratio autem redit ſapienter ea odimus quę prius ſtulte amabamus. Muliebre autem in primis hoc ut ſuis manibus ultionem parare cupiant. Virgilius. Nam potui ab reptum diuellere corpus & undis ſpargere non ſocios non ipſum abſumere ferro Arcanium patriiſque epulandum ponere menſis. Infamem propter dolum machinatum quo animaduerſo monſtrum illum uocat. Nam cum dicit modo multum amati nō eſt ſine ſtomacho. Nam dolet amaſſe qui odio dignus erat. Impudens. Nam ſi aliquis in me pudor fuiſſet neque

tunc reliquissem patriam: neq; tunc moraret in uita post admissum scelus. Moror orcum. demoror mortem nam posuit orcum. i. Plutonem pro morte: quia mortui ad orcum tendunt. Leones. non solum mortem sed crudele mortis genus expetit. Macies sunt qui dicant antequam macescam ex amore: ac si dicat priusquam persecuerez in tanto scelere: sed potius dicamus quod exoptet cirissima; morte ne macescat dolore & simul exprimit naturam mulieb̃rem: quę etiam circa mortem anxia sitne pulchritudinem amittat. Malis. unde maxilla: proferturq; hoc nomen prima sybilla producat. Contra in eo quod ē malus mala lū. Predat mihi quę pręda facta sum tauri. Spetiosa. idest antequā macies me deturpet. Vilis propter amissum pudorem. Nam omnem nobilitatem amittit quę pudorem amittit. Quod & Dido apud. Aeneam misere conqueritur. Te propter eundem extinctus pudor & qua sola sidera adhibam fama prior. Pater absens nam ubicunque ē pater tamen cum recordaris quid in illum delinqueris ipse has poenas a te exigitare uidetur. Bene te secuta. ut recte factum sit quod zonam attuleris in usum laquei: neque te mere dixit te secuta tanquā si diuina ultione factū sit ne te zona deseruerit. Rupes montis precipitia. Nisi herile mauis: addit ad pudorem miserias quoq; seruitutis. Regius sang. Nam & si cuiq; grauis esse debeat seruitus: multo tamen grauior erit stirpi regię: & quāuis quęcunq; domina fugienda sit magis tamen ē fugienda barbara. Sed profecto non sine sumo artificio orationem pathetica uariauit. Et quoniam oratio pathetica ē: necesse ē ut initium abruptum habeat. Nam grauiter indignantibus aut dolentibus leniter incipere non conuenit. Simile principium ē. Proh iuppiter ibit. Item alibi. Quid me alta silentia cogis tum pere. Item alibi. Heu stirpem inuisam & fatis contraria nostris. Initiuz ergo ab exclamatione fūpsit: & a grauissima querela q̄ & patrem filiam reliqueri it: & pietatem fu or uicerit deinde breuis sequitur interrogatio. Vnde quo ueni. Deinde addit sententiam: qua ostenditur quantuz se peccasse cognoscat. Habet uim hyperboles sequens interrogatio: atq; ex hyperbole auget rem. Sequitur comparatio: ex qua quantum peccauerit: & quam male sibi consuluerit: ostenditur. Exposcit ultionem quanis sciat id non posse assequi quod irascentis ē.

Si quis hec audis: utinam inter errem
Nuda leones
Antequam turpis macies decentes
Occupet malas teneræq; succus
Defluat prædę: speciosa quæro
Pascere tygres:
Vilis europe pater urget absens
Quid mori cessas: potes ac ab orno
Pendulum zona bene te secuta
Nodere collum.
Siue te rupes & acuta læto
Saxa deictant age te procellæ
Crede ueloci: nisi herile mauis
Carpere pensum:
Regius sanguis dominæq; tradit
Barbare pellex: aderat quærenti
perfidum ridens uenus & remisso
Filius arcu:
Mox ubi lusit satis abstineto
Dixit irarum calidæq; rixe
Dum tibi in uisus laceranda reddet
Cornua taurus
Vxor inuicti iouis esse nescis
Mitte singultus: bone ferre magnam
Disce fortunam: tua sectus orbis
Nomina ducet

Mox ad exprobādū suū facinus atq; damnādum cōuertitur: & repetitione auget uehementiam addit apostrophen cum exclamatione ad deos: & tamen addubitat an sint: quoniam talia multa esse sinant imprecatur sibi diram: mortez & tamen in tanto furore a foemina non discedit: quasi curandum sit ne ante macie turpior reddatur quam mors ueniat: preterea; cupit mori spetiosa: & se morę arguit: & mortis genera quę in promptu sint enumerat: Postrēo proposito seruituris metu moriendum omnino decernit. Mirum poetę ingenium qui in argumento cōmunico has tragoedias excitare potuerit, na; non solum abruptio principium habet: sed ipsa uniuersa breuibus sniis & crebis sententiarū mutationibus nō aliter extuat q̄ nauis: quę diuersis fluctibus icta huc & illuc ipellitur: ut appareat q̄ diuersi q̄ subitanei in ei⁹ aio mot⁹ insurgāt & qa nulla reqes inter huiusceмodi fluctuatiōes dat: ita cōcitate ferē oratio. ut nullis sit distincta copulis: sz dissoluta tota fluctuet: & torrēs extuet. Perfidū dolose & nō ex effectu. Remisso qa iā illi⁹ pudicitiā expugnauerat. Calide. iracūde. nā a feruore sāguis ira ē. Noia ducet. nā tertia orbis ps ab illa europa dicta ē. Fines sic describūt ut p colūnarū fretū nauigatib⁹ i dextra aphrica sit usq; ad nili flueta i sinistra ad oppositū fretū usq; ad tanai europa, terminat ât utrēq; i asiā: europa ât multiformis ē & ad uirnrū uirtutes igenue dispōsita. Est tota habitabilis prēter q̄ in exigua parte finitia tanaim & cotidi & i boristhenis in curribus degentib⁹. Hęc. n. supra modū frigida sunt.

Esto quid potius die. Hortatur lydiam ad neptunia sacra colenda: Festo propter ne ptunalia quę neptuno celebrabant. Reconditū ergo precio sum. Adhibe uini. Clanculum monet bibendum esse sed nō inguꝛgitandum. Nam ut supra ex Auicennę sententia demonstraui modeste sumptum uinum reddit spiritus lucidos: unde acuitur ingenium. Munitę, qui nullis casibus subiecta sit: neque unquam in manu fortunę est sapiens.

Inclinare meridiem ergo tempus erat pręparare conuiuium paulo post aduentante nocte futurum. Vel dicas per inclinationem meridiei iam transisse sextam horam illa enim exacta meridiem facit quoniam in .xii. partes dies in totidemque nox diuidatur. Ergo non multum aberat nona hora in qua cibum capiebant. Parcis diripere, abstines diripere: idest nō diripis. Horreo. pro ueteratorio posuit. Volucris dies. Nihil enim tempore uelocius est. Amphoram cessantem. Nam ad multum tempus manserat. Inuices, puices uicissim. Neptunum, hunc saturni filium dicunt. Et quia in diuisione regni sibi insulę cesserunt deus maris habetur. Fundamenta illi sacra sunt Ipse quandoque amphitrites dicitur. Aquarū dulcium particulares uires naiades. Marinarum uero nereides. Sed potius uidetur amphitrite uxoris suę nomen esse. Fundamenta illi sacra sunt: quia eius opera terra mouetur: ob idque Enoligęus appellatur: quia τὴν γαῖαν ideſt terram ἐνοσίχθων: ideſt concutit. Dicitur latine neptunus a nando gręce ὑδατοποσία: ideſt ἀπὸ τοῦ ὑδατοδοτῆσαι: ideſt ἀπὸ τοῦ ὑδατοδοτῆσαι ideſt do quia dat potum. Physici aquarum effectiuas uim occanum ponunt. Symbolum autem tethyn uis aquę potalis achelous est. Marinę autem neptunus: quę in quantum gignere potest amphitrites dicitur. Mouet terram neptunus: quia aquę terrę motus causa uidentur ἐνοσίχθων appellant ideſt concutientem terras. Item consolidat terram quia illa a se excludit ὠδῖνα ideſt terram stabilietę Recines, iterum lyra canes quod ego prius uoce cecinerim. Summo, uel magno uel in fine & consumatione posito cantabimus uenerem. Nenia. propter somnum & tenebras noctis, quę sunt morti similia. Nam de nenia iam dixi.

Qyrrhena Regum progenies. Idem mocenatim ad presēs suadet: quod sępe alias suasit: ut publicis curis omissis: uel potius in aliud tempus dilatis genio indulgeat: & apud se sit. Ne ue sit illi graue descerere quandoque res magnas & ad paruas descendere. Nam munda paupertas persępe diuitibus grata fuit. Iamdudum. iam diu. nonnūquam statim significat: ut iamdudum sumite poenas. Lene. suaue: Trāslatio a tactu ad gustum. Nam lene est cui asperum opponitur. Non ante uersum lene merum. Vasa uinaria in ueteratorio condita in contrariam partem uertebantur ne facile esset seruis uinum inde educere. Cum uero iam promere uolebant tunc demum uertebant. Ergo non ante uerso. ideſt non ante prompto. Balanus. idem uidetur apud gręcos significare quod apud latinos nux. Nux enim omnia complectitur quę duriori cortice uestiuntur: unde castaneasque nuces dixit maro. Ergo apud gręcos: ut ait Suida eam partem pudendorum uirilium significat: quam cornelius celsus glandem appellat. Sed hic intellexit myrobalanum: que unguentis idonea est. Hęc candida & nigra inuenitur. Cādida i ca pte arabię nascitur que iudeā ab ęgipto diuidit. Nigra in thebaide. Inter hastragodita uilissima ē. Presſa. pe. pressa. i. ex q̄ fit iā succus expressus & i unguētū redactꝰ Apud me. Domi meę. Ephulę. Oppidi i mōs rupe positū. Telegoni. Hic ulixis ex circe filius fuit: & cū iussu matris patrē quereret domūque uenisset & icognitus inde phibereꝛ. Vlixē q prius in cū tellum cōtor

AD lydiam: Ode. DICOLOS. XXVIII.

Esto quid potius die
Neptuni faciam? prome reconditum
Lyde strenua cecubum
Munitæque adhibe uim sapientiæ
Inclinare meridiem
Sentis ac ueluti stet uolucris dies
Parcis diripere horreo
Cessantem bibuli consulis amphoram
Nos cantabimus inuicem
Neptunum & uirides nereidum comas
Tu cui tua recines lyra
Latonam & celeris spicula cynthiæ
Summo carmine quæ gnidon
Fulgentesque tene cycladam & paphum
Iunctis uilis oloribus
Dicetur merita nox quōque nenia.

Ad mœcenatem: Ode: XXVIIII:

Qyrrhenaregnum progenies tibi
Non ante uersum lene merum cado
Cum flore mœcenas rosarum &
Pressa tuis balanus capillis
Iandudum apud me est eripe te moræ
Ne semper udum tybur & ephule
Decliue contempleris aruum &
Telegoni iuga patriciæ

ſerat cum patrem eſſe ignoraret: interemit. Theodōtius dicit ſpina uenenoſa caſu a telegono tactum interiiſſe. Reuerſus inde in italiam Telegonus tuſculum urbē condidit: ea in iugo ē. unde Strabo in ſua geographia ait hic tuſculanum iugum ē irriguū & terris fertile quieto ſurgens aſcenſu & uillis ornatiſſimū. Molem. turrim q̄ in hortiſ habebat intelligit. Ex hac dicunt Neronem incendium urbis ſpectaſſe. Propinquam Nubibus. Propter altitudinem. Arduis. altis. Mundę. nam uitandus luxus ſed tamen ita adhibeatur paupertas: ut non admittantur ſordes. Aulęis. quibus exornantur parietes. Et oſtro. Sinę ueſtibus purpureis: quibus maxime tricliniorum lecti ſternuntur. Explicuere hilarem reddidere. Nam moeſti frontem in rugas contrahunt. Contra uero ex lętitia frontem explicamus & ſine rugis extēdimus. Vnde illud terentianum ē. Exporge frontē.

Faſtidioſam deſere copiam: &
Molem propinquam nubibus arduis
Omitte mirari beate
Fumum & opem ſtrepitumq; romæ
Plerumq; gratæ diuitibus uices
Mundæq; paruo ſublare pauperum
Cenæ ſine aulęis & oſtro
Sollicitam explicuere frontem
Iam clarus occultum andromadæ pater
Oſtendit ignem: iam procyon furit
Et ſtella ueſani leonis
Sole dies referente ſiccos
Iam paſtor umbras cum grege languido
Riuumq; feſſus quærit & horridi
Dumeta ſiluani: caretq;
Ripa nagis taciturna uentis
Tu ciuitatem quis deceat ſtatus
Curas: & urbi ſollicitus times
Quid ſeres & regnata cyro

Durus Pater. Fabula notiſſima eſt. Sed ſūma ſequar faſtigia rerum. Cepheus ęthyopum rex uxorem habuit Caſiopeam. In hac tanta fuit ſuperbia ut ſe nymphis marinis quas nereides dicūt in pulchritudine propoſuerit. Iratus ē Neptunus: & ob hoc. oraculo hammonis reſponſum datum eſt non ceſſaturam eſſe dei iram: niſi Andromadę filia ad ſcopulū religata marinis monſtris exponeretur. Per idem tempus rediens a ceſa meduſa Perſeus uolās ex aere calamitoſam puellā conſpexit: conſpectam que amauit: ciuſq; nuptias ſi a marinis monſtris liberarunt cum parentibus pactus ē: perditaq; bellua puellā a uinculis ſoluit & uxorem duxit. Deinde Minerua patrē filiam uxorem atq; generum in ſidera ęcleſtia trāſtulit: & in parte ſeptētrionali collocauit. Cepheus in quarto loco ſitus quem ſeptentrionalis circulus occupat a pedibus uſq; pectus. Reliquus medius ē in arcti & ęſtiui tropici circulo Habet ſtellas in capite duas ſplęndidas. In ſingulis humeris ſingulas. In ſingulis manibus ſingulas: & claras. In ſingulis cubitis ſingulas ſed obſcuras. In zona tres obliquatas. In dextra coſſa unam In ſiniſtro genu duas. Supra pedes quattuor. In ultimo pede unam. Sunt omnes decem & nouē.

Procyon. ſignū ē in lacteo circulo defixum pertingens equinoctialem circulum tendens ad occaſum ſub geminis oritur: cuī leo occidit. Sunt qui credūt fuiſſe canē orionis. Sed nos de canicula ſiue ſyrio alibi demonſtrauimus. Habet ſtellas tres. In collo unam. In pectore alteram. Tertiam in humeris

Furit. quia uehementes excitat calores. Veſani. furentis. Ve enim particula ē nonnunquam intenſiua: ut uehemens: nonnunquam priuatiua: ut uecors. Leonis. ſignū ſeptentrionale ē. Collocatur enim iuxta cancrum in quo ęſtiuum ſolſtitium fit dicunt iccirco inter aſtra a ioue collocatum eſſe leonem: quod cęteris beſtiis excellat. Alii uolunt in archadia illum iuſſu iunonis nutritum: ut hercules perderet. ſed ab hercule iuſſu Euryſthei ſilua in nemea fuiſſe cęſum. Dumeta. loca dumis & ſentibus conſita: quę ſua denſitate ſolem excludunt. Horrida aſpera propter aculeatos ſentes.

Siluani. nam ſiluano deo conſecrata ſunt. Siluanum teſte Varrone foete mulieri in ſenſum eſſe crediderunt. Ita q̄ ne noctu ingrediens illas uexaret: tres deos cuſtodes illis adhibebant. Sed eorum deorum ſignificandorum cauſa tres hoies noctu circuire limina domus iubebant: ut primus limē ſecuri feriret. Sēdus pilo. Tertius ſcopis deuerreret ut his datis cultę ſignis deū ſiluanū, phibeāt itrare. Nā nec arbores cedūt putāt ut ſine ferro: neq; far cōficiāt ſine pilo. Nec fruges coaceruāt ſine ſcopis Ab his tribus tres noīant deū itcidonē. Pilanū: & Deuerrā. Hi igit ſilueſtri ē deū cultu ręſignis: utpote contrariis deterrent. Taciturna. quia cū non cōmoucatur uentis nullū murmur edit. Tu ciuitatem. q.d. reliqui requiem quęrunt. Tu curas publicas ñ omittis ſic & Vir. didonē eo tpe curis affici dmōſtrat: quoreliq̄ aialia getē agebāt. ait. n. Nox erat & placidū carpebāt feſſa ſopore. Corpa p tras: & q̄ ſequūt diū adiūgit. at ū iſoclixaī

phoeniſſa nec unquam ſoluitur in ſomnos oculis ue aut pectore noctem Accipit. Bactra quę etiam ſecundum Strabonem Zariaſpa appellatur. Ex bactris autem: ut ait Plinius ſeptem diebus itinere ad indiam peruenitur. Dicuntur autem bactra bactrorum & populi bactriani Virgilio. Atque ultima ſi cum bactra uehit. Regnata cyro. Quia fuit in regno perſarum. Intelligit autem per hęc omnia maxime parthos. Diſcors. Vel quia diuidit aſiam ab europa Vel quia illius incolę frequentibus diſcordiis diſſidunt. Prudens. Sententia eſt: ut ſtulti ſint homines: qui uelint nimis anxie futura inquirere. Nam deus qui hominem diligit & cernit quid illi melius ſit: dediſſet illi cognitionem futurorum: ſit utile fuiſſet homini ut futura cognoſceret. Nam poteſt omnia quę uult deus. Vult autem: quia diligit nos: & nouit omnia quia: deus At non dedit: ergo non eſt utile. Premit exitu. Comprimit & occultat finem rerum. Caligino ta nocte ideſt obſcura ignorantia. Caligo proprie nebula eſt ex calidis uaporibus excitata. Vltra fas. Vltra quam diuinę leges ſinat. Nam pertinet ad prudętem cauere in futurum quod ad mens humana ualet: reliqua mandare deo: neque metu affici: Nam cautio ſapientis eſt: Metus non eſt. Quod eſt. Aurea ſententia eſt. Monet enim: ut de futuro non ſit anxius: ſed quod eſt ideſt preſentia componat cum equitate ideſt ne ulla animi turbatione a uia recta dimoueatur. Cętera quę preſentia non ſunt feruntur more fluminis quod aliquando per ſuum alueum ſedatis tranquilliſque fluctibus fertur in mare: aliquando autem diluuio auctum nimium turgeſcit: & rapidis uorticibus ſaxa arboreſque ſecum rapit. Ethruſcum. Nam in mare tyrrhenum quod inferum appellant defluit. Diluuies non ne dixit: cum cęteri diluuium dicat Irritat. puocat nā: ſine diluuio quiete feruntur diluuio autem incitantur. Ille Potens ſui ideſt qui ſe totum in ſua poteſtate continet: neque habet in illo ius aliquod fortuna: Qui ueluti alter Bias prienneus omnia ſua ſecum portet. Quod cum facit homo: ſemper lętus uiuet: & in diem ideſt ſingulis diebus poteſt dicere uixi: quia ſine perturbatione fuit. Nam non dici ur uiuere qui infoelicitер uiuit. Cras. Qui non pendet ex temeritate fortunę in ſe ipſo: omnia bona repoſuit. Nec ſua multum intereſt utrum nubilum cęlum futurum ſit an ſerenum ideſt utrum foelix an aduerſa ſit futura fortuna. Diffinget. confundet immutabit. Nam diffingere eſt quod fictum formatumq; fuerat remouere. Quod fugiens ſemel ho.r. Nā ut facta infecta ſint nec deus ipſe facit. Eſt autem uniuerſa hęc ratio ex ſtoica grauitate de promptu qui preter uirtutem nihil in bonis enumerant. Ergo ſi fortuna illis arridet: accipiunt quidem commoda fortunę: non tamen ut inde beatos ſe fieri putent: ſed tamen illa in commodis preferenda putant. Sin autem immutetur tunc illius commoda ſine perturbatione dimittunt. Reſigno reddo. Nam reſignare eſt cum in libris datorum & acceptorum pecuniam quam acceptam ſignauimus redditam demonſtramus. Et mea uirtute inuoluo. Quaſi dicat rego me mea uirtute: & totus ex me pendeo nihil a fortuna ſperans. Pauperiem Sine dote, Sine premio. Oſtendit enim ſe eſſe pauperem ſpiritu: ut eſt in chriſtiana doctrina ideſt ita acquieſcere paruo: ut non optet plura. Non eſt Meum. Quaſi dicat iccirco paupertate delector: quia uolo committere me periculoſiſſimę nauigationi: ut paupertati dotem acquiram: in qua eſſet ad preces deſcendendū & ad uota facienda: quibus uidemur paciſci cū diis nos qđ uouem⁹ daturos: ſi noſtrę merces in mare nō mergantur. Tu me ironice legendi ſunt illi uerſus Vt ſit ſnia nō cē credēdū qđ ē tēpeſtatę p mare ęgeum

Bactra parent tanaiſque diſcors:
Prudens futuri temporis exitum
Caliginoſa nocte premit deus
Ridetque ſi mortalis ultra
Fas trepidat: quod adeſt memento
Componere æquus cætera fluminis
Ritu feruntur: nunc medio alueo
Cum pace delabentis ethruſcum
In mare nuuc adeſos lapides
Stirpeſque raptas & pecus & domos
Voluentis una non ſine montium
Clamore uicinæque ſiluæ
Cum fera diluuies quietos
Irritat amnes ille potens ſui
Lætuſque deget cui licet in diem
Dixiſſe uixi: cras uel atra
Nube polum pater occupato
Vel ſole puro non tamen irritum
Quodcunque retro eſt efficiet: neque
Diffinget infectumque reddet
Quod fugiens ſemel hora uexit
Fortuna ſæuo læta negocio, &
Ludum inſolentem ludere pertinax
Tranſmittat incertos honores
Nunc mihi nunc alii benigna
Laudo manentem ſi celeris quatit
Pennas reſigno quaſ dedit & mea
Virtute me inuoluo: probamque

biremi ſcapha au ciliante aura & pollucе euadamus. Geminus. Quia cum caſtore naſcitur. S; de his alio loco. ęgeum in ſuperioribus diximus a ſcopulo cui forma caprina ſit. Vel ab ęgeo patre theſei eſſe nominatum. Nunc addim⁹ placere nonnullis ut dicatur egeum quia in illo plurimę ſunt tnſulę: quę procul ſpectantibus αἴγες ideſt capręuide

antur: uel quia ęge amazonum regina in eo perierit

Exegi monumentum. Videtur ita huiuſcemodi ode hunc tertium librum concludere tanquã lyricis carminibus ſine impoſiturus ſit. Quaprorter ſunt qui uelint ipſu; deinceps auguſti impulſu ut in laudem Druſi neronis priuigni ſui q̃rtu; quo; librũ ſcripſiſſe. Ita ergo librum tertium claudit: ut concludat carmina: quę hactenus ſcripſit huiuſcemodi ſui nominis monumentum futurum: ut ęterna duratura ſit eius fama. Acre Perennius: ideſt magis perpetuum q̃ ſint aut ſtatuę: aut trophęa: aut reliqua huiuſcemodi: que in memoriam clarorum uirorum exęre eriguntur. Monumentum. Suum uelumen intelligit: propter quod in memoria hominum uiuet: & ętate durando arcus triumphales & trophea & ęgyptiorum pyramides uincet. Et profectoq; manu fabricata ſunt aut hominu; aut cęli iniuria facile corruere poſſunt. Monumenta autem litterarum non pereunt Quapropter potuit Sylla mariana de cymbris trophea diſicere. atque proſternere. Calicula uero imperator uolumina maronis atq; Liuii quanuis ſummopere nixus ſit abolere non potuit. Perennis. Dixerunt latini perenne id quod duret per annos quapropter annam & perẽnam deas colue/runt antiqui: ut annare & perennare illis concederent. Pyramidum. Pyramis forma quadrata eſt: quę tamen in parte ſuperiori acuitur in formã flãmę: quę latior ſurgens in acutum deſinit: unde nomen ab igne accepit: qui grece πῦρ appellatur. Myris autem ęgypti rex duodecima gnatione ab ęgypto niſi filio duas erexit pyramides: alteram ſibi: alteram coniugi altitudine ſtadii. Et ſtadium octaua pars milii: & milium ex mille paſſibus conſtat: & paſſus ex quinque pedibus: & ſinguli pedes ex ſexdecim unciis. Supra has piramides conſtituit ſimulacra lapidea in throno ſedentia Cheops autez qui Rham pſinito optimo regi ipſe peſſimus: ſucceſſit: pyramidem reliquit quadrangulam: cuius ſingula latera habebant latitudinem octo plethrorum. Eſt autem plethrum ſexta pars ſtadii. Altitudo autem ſimiliter octo plethrorum fuit. Longum eſſet reliqua enumerare. Fuerunt enim & obiliſci ſeſoſtriſregis duo in templo ſolis ex uno lapide quorum altitudo centum: latitudo octo cubitorum fuit. Nec imber. ſic Ouid. iamq; opus exegi quod nec iouis ira nec ignes Nec poterit ferru; nec edax uiolare uetuſtas. Non omnis.

Pauperiem ſine dote quæro
Non eſt meum ſi mugiat africis
Malus procellis ad miſeras preces
Decurrere uotis paciſci
Ne cypriæ tyriæq; merces
Addant auaro diuitias mari
Tunc me biremis præſidio ſcaphæ
Tutum per ægeos tumultus
Aura feret geminuſq; pollux.

Ad Melpomenem ODE. XXVIIII.

Exegi monumentum ære perennius
Regaliq; ſitu pyramidum altius
Quod non imber edax: non aquilo impotens
Poſſit diruere aut innumerabilis
Annorum ſeries & fuga temporum
Non omnis moriar. multaq; pars mei
Vitabit libitinam: uſq; ego poſtera
Creſcam laude potens: dum capitolium
Scandet cum tacita uirgine pontifex
Dicar qua uiolens obſtrepit auſidus
Et qua pauper aquæ daunus agreſtium
Regnator populorum: ex humili potens
princeps æolium carmen ad italos

Moriar. nam ſi interibit corpus: erit fama ſuperſtes. Libitina pro morte poſuit. Cęterum feretrum ſignificat quo cadauera in funere efferuntur. dicta: ut multi uolunt per contrarium q̃ nemini libeat. Vſque ſemper. Recens: quia non accedet uetuſtas. Dum capitolium. Sententia eſt Dum imperium romanum durabit: quod ęternum futurum tacitę annuit. Sic maro Dum domus ęneę capitolium immobile ſaxum accolet. Scandet. ſacrificaturus Ioui optimo maximo. Tacita uerecunda aut pro ſacrificio tacente: ſiue pro ſacerdotu dignitate clara. Virgilius. per amica ſilentia lunę. Ait porphyrion. Ausidus apulię fluuius. Daunus. rex a quo pars apulię daunia dicta eſt. Pauper aqua. Nam apulia ſeticuloſa é. Ex humili potens. Ex infima fortuna natus & ad ſummam claritatem propter eloquentiam prouectus. Princeps. Nam primus ad latinos uerſus lyricos tranſtulit. Acolium.

quia imitatus est alceum qui lesbius fuit: in qua eolus regnauit. Aliqui uolunt colum dictum: quia eolica lingua usus fuerit. Superbiam nobilitatem. Quæsitam meritis. Ergo uera nobilitas quę non ex antiquitate sanguinis sed ex uirtute proueniat. Volens quia melior.

INtermissa Venus. Excusat grandiorem ętatem eamque amoribus inceptam dicit. Horaturque uenerem: ut petat paulum ma imum iuuenem: & rebus amatoriis aptum. Intermissa, quia diu a bello in me cessasti. Parce. Cum non possit cohibere: descendit ad preces. Non sum. ostendit causam qua possit moueri uenus: ut sibi parcat. Sub regno. Amatorie dixit: nam amicas reginas appellant. Mater sęua dulcium. c. Pugnantia loqui uidetur: & tamen id euenit: ut crudelis sit uenus inter suaues uoluptates. Lustra decem quibus quinquaginta anni efficiunt. Mollibus uoluptuosis. Abi quasi dicat relinque inhabiles: & propera ad eos qui tuam militiam bene colant. Tempestiui magis idoneo tempore. Rurpureis propter rostrum & crura uel pulchris. Iecur nam ea sedes amoris ó Nobilis. Nam nobilitas & pulchritudo & uirtus & postremo eloquentia amantes commendat. Hęc dido apud Maronem enumerat in ęnea. Nam de pulchritudine ait hęrent infixi pectore uultus. De eloquentia uerbaque. Adiungit uirtute cum ait multa uiri uirtus animo. Adiũgit nobilitatem: ut multusque recursat gentis honos. Ergo & in hoc loco dixit nobilé dixit decentẽ: qđ ad pulchritudiné refert dixit nõtacitum pro eloquente. Solicitis quorum causa in periculo uersatur. Eloquens ergo qui difficiles causas tueri possit. Dixit centum artium propter uirtutes. Et Quandoque potentior. Addit & quintum quod in amore multum ualet. Nam diuitię omnem pudicitiam expugnant: quod danes exemplum indicat: Hinc Ouidius. Ipse licet uenias musis comitatus homere. si nihil attuleris ibis homere foras. Et propertius. Qui dare multa potest multũ. & amare potest. Aemuli. ęmulo ę eiusdem rei studiosus qđ põt esse in uitio: ut siquis nitię inuidia ductus superare Potest esse & sine uitio ut cum meliorem uideamus conamur non inuidia sed amore ipsius uirtutis reddere nos pares illi aut superiores. Vnde est illud stimulos dędit ęmula uirtus. Appellat ergo ęmulum eiusdem mulieris studiosum. Aemulũ tamen dixit pro zelotypo. Hoc n. differt ęmulatio a zelotypia: quã Cicero obtrectationẽ dicit. Nã ęmulo dolet ẽ potiri quo' alter potiť. zelotipo solo potiri' uult & alios excludere nitię Hos ãt riuales appellãt. ꝺ ę a re rustica trãslatõ: nã riuales dicuntur ruri ii quorũ agros riuus aliquis disterminet: qui incertitudine & mutatione crebra cursus lites sępe inter eos suscitat. Vnde a quadam similitudine qui de eadem muliere inter se litigant riuales appellantur. Albanos. Habebat paulus uillam iuxta albanum lacum: quo in loco pollicetur poeta illum & simulacrum ex marmore & templum uenerí facturum. albanus lacus in mohte albano esse quo. fuit uaticiniũ romãos nũquã ueis potituros: nisi ex albano lacu aquã deriuarẽt. Sub trabe cypria: intellectio ę Pausa t n. trabẽ partem tẽpli p ipso tẽplo: Cipra ãt dixit. i. tale tẽplũ ql e i cypro ẽ: ubi religiose hęc dea colit. Pluia thura

Deduxisse modos sũme superbiam
Quæsitam meritis & mihi delphica
Lauro cinge uolens mel pomene comam.

Quinti oratii falcci carminum
Liber quartus incipit. ad uenerem. Ode.

DICOLOS .I.

INtermissa uenus diu
Rursus bella moues parce precõr mihi
Non sum qualis eram bone
Sub regno cynare. desine dulcium
Mater sæua cupidinum
Circa lustra decem flectere mollibus
Iam durum imperiis: abi
Quo blande iuuenum te reuocant preces
Tempestiuius in domo
Pauli purpureis ales oloribus
Comessabere maximi
Si torrere iecur quæris idoneum
Namque & nobilis & decens
Et pro solicitis non tacitus reis
Et centum puer artium
Late signa feret militiæ tuæ
Et quandoque potentior
Largis muneribus riserit emuli
Albanos prope te lacus
Ponet marmoream sub trabe cyprea
Illic plurima naribus

plurima ex thure sacrificia. Nam conueniens é ueneri sacrificium thus. Hinc Virgilius. ipsa paphum sublimis abiit sedesq; reuisit Leta suas: ubi templū illi centumq; sabęo thure calent arę: sertisq; recentibus alant. Berecynthię. Vel q ab ipsa dea inuenta sit. Vel q illius sacris adhibebatur. Ter. uel quia tertio passu pausam facit quedam chorea uel quia numero deus impare gaudet. Quatient humū. Saltabunt. In morem salium. q.d. non minori pompa q̄ salii de quibꝰ dictum é Marti saltanti tibi saltabitur. Spes credula. q.d. ea iam ętate sum qua homines a pueris fastidiūtur Quapropter nulla mihi spes é: ut possim credere siq̄ amen mutuo me ab illa amari. Nec certare. m. ponit omnia quę iuuenem decent: senem uero dedecent. Nouis recentibus: uel nouis sibi quia iam desueuerat. Lachryma. Quod solet iis accidere: qui uehementi amore repente saucii sunt. Sic & Vir Didonem iducit a principio amoris. Nam post uerba habita cum sorore ait Sic affata sinus lachrymis implcuit abortis. Cur facunda. Non enim mirum fuerint: si infacundum uerba deficiant. sed id mirum q facundum deficiant. Lingua cadit quasi in medio sermone deficit. Virgilius. Incipit affari mediaq; in uoce resistit. Parum decoro. Nam decorum é silentium: si finita oratione cuenit. sin autem imperfecta in decorum é: nā aut infacundiam loquentis aut obliuionem aut stultitiam denotat. Nocturnis. s. nam quod uigilantes uehementer aut capimus aut timemus idem dormientibus fere offert. Vnde & dido apud sororem conqueritur. Anna soror quę me suspensam insōniia terrent: q̄is huius carminis alia quoq; lectio sit. Per aquas. tyberis qui iuxta campum martium fluit. Nam adolescentes uariis certaminibus se in campo martio exercebant: & in propinquo flumine nare discebant.

Duces thura: liraq; & berecynthiæ
Delectabere tibiæ
Mixtis carminibus non sine fistula
Illic bis pueri die
Numen cum teneris uirginibus tuum
Laudantes pede candido
In morem salium ter quatiet humum
Me nec fœmina nec puer
Iam nec spes animi credula mutui
Nec certare iuuat mero
Nec uincire tempora floribus
Sed cur heu ligurine cur
Manat rara meas lachryma per genas
Cur facunda parum decoro
Inter uerba cadit lingua silentio
Nocturnis ego somnis
Iam cāptum teneo: iam uolucrem sequōr
Te per gramina martii
Campi: te per aquas dure uolubiles.
Laupes pindari ad iulium Antonium
Ode: Ili: Dicolos.

PIndarum quisquis studet æmulari
Iule ceratis ope dædalea
Nititur pennis uitreo daturus
Nomina ponto
Monte decurrens uelut amnis imbres
Quem super notas aluere ripas
Feruet immensusq; ruit profundo
Pindarus ore.
Laurea donandus apollinari:
Seu per audaces noua dithyrambos
Verba diuoluit numerisq; fertur

PINDARVM Quisquis. Sententia é omnium doctorum post homerū primum esse inter grēcos poetas: nec desunt qui illum homero prępponant. Inter lyricos principatum sine cōtrouersia obtinet spiritus magnificentia: sententiis: figuris beatissima rerum uerborumque copia & uelut quoddam ęloquentie flumine. Quapropter quintilianus quoque huiusce modi nostri poetę sententiam. summopere approbans eum nemini imitabilem affirmat. Est ergo ode ad iulium antonium. M. Antonii triūuiri ex octauia Augusti sorore susceptum filium. Cuius sententia é. ut si quis adeo audax sit: ut nitatur imitari pindarum: is profecto sentiet non aliter suos cognatus irritos futuros: quaꝫ senserit Icarus: qui cum uolare nesciret in mare decidit. Pennis cer. Quam fabulam quia iam enarrata é: omitto Nomina ponto. nam icareum ab ęo é appellatus Monte. d. Hactenꝰ ppositū erat eē imitabilē pindarū: nūc affert rōem ppositiōis. Describit igitur uehemētiā pindari in dicendo. & illū cōparat torrenti subitis ibibus aucto. Nā uehementiā dicendi genus torrens latini appellant: quoniā torrentes flumina sūt p montiū precipitia decurentia: quę si diluuio turgescāt nihil magis rapidū iuenias sic & grēci hanc uim Διὶ νεότητα appellāt a uerticibꝰ & reuolutiōibꝰ aquarū. Aluere. auxere. Immēsus. pp diluuiū. Laurea ap. Corona laurea apollini dedicata: q̄ poetę coronant. Dithyrābos. Hoc unū ex bacchi noibus é: q sic dictus é quoniā in ortu suo duplici fit usus porta. Nam ante maturum tempus ex materno utero egressus é quoniam semele fulmine icta periit. Iuppiter suo assucre fœmori uoluit: unde completo tempore secundo egessus é: sed fabulę allegoriā alias expressimus. A dithyrābo uero. i. bacco dicti sunt dithyrambi uersus quibus huius dei laudes canebant. Audaces. Quia uehemētiā & acrimo[illegible] affectunt hi p ędes. Noua: uel quia cętęris rithmis uehementiorę sunt: uel quia prętęr cętęros poetas

neua fingit foelici quadam compositione uerba. Numerisque. Numeri rithmi sunt qui non ex pedum lege: sed ex concentu uocis sunt. unde. Virgilius. Numeros memini si uerba tenerem. Ergo in dithyrambis quęrebāt modulationem solum non habita pedum ratione: quoniā magna licentia est in his uersibus uariare metrum. Itaque extant qui iccirco dithyrambos dici uelint quonim liceat poetę uti alio hostio. Nā hoc uocabulo gręci ingressi gnificant. Seu Deos. scripsit enim peana. Reges hyeronem enim syracusanum summopere luadat. Sed alios quoque ex priscis quia de deorum sanguine sunt. Palma ę. i. uictoria olympica. Nam ludi olympici de quibus in principio diximus inter elin & pisam archadię urbes celebrabant. Cęlestis. propter honorem numinum quibus ludi exhibebantur. Vel quia in maximo honore habebantur uictores. Pugile qui pugnis certat. Equum qui in equestri certamine exercetur. Sic supra. Hunc equis illum superare pugnis nobilem. Et donat & re uera munus quod exhibet pindarus i describendis laudibus magnorum uirorum maius est illis quā si donentur centū statuis. Statuę enim tempore percunt: poetarum uero monumenta ętema sunt. Iuuenem Raptum siue morte sibi erepium siue alterius mulieris amore siue quia in militiam profectus sit. Plorat. qa flebilis sponsę ploratum exprimit & educit in astra idest ad cęlum laudibus extollit. Vires. corporis Et animum idest sapientiam. Et mores. i. uirtutes morales. Aureos bonos. Et Inuidet orco idest morti: quia homines quos laudat a morte uendicat: quia immortales suo carmine reddit. Dircęum thebanum. Fabula narratur nyco thebano regi Antiopem nupsisse. Verum cum illa ex ioue zetum & amphionem peperisset: abdicauit eam lycus & Dyrcen eius loco duxit. Hęc antiopem in cytheronem montem religigari iussit: ut a feris laniaretur. At zetus & Amphion illā a uinculis liberarunt: & dyrcē indomitis tauris alligatam & per agrum thebanum tractam laniarunt: quę tandem in fontem sui nominis conuersa est. Ipsi autem lyco interfecto regnum sibi & matri uendicarunt. Fons iste thebis uicinus est: a quo thebani dyrcei dicuntur. Tanta autem fuit pindari etiam post mortem auctoritas: ut cum Alexander expugnatas thebas diripi iussisset: diligenter tamen cauit ut posteri pyndari incolumes seruarentur.

Cygnum comparat cygno quia boni poetę ut iam dictum est: cygnis cōparantur. Multa aura leuat fictit in translatione. Nam cygni aura: & uēto leuati in altū uolāt: sit & Pyndarus sua loquentia ad alta tollitur: Et p contentionē illū laudat et se deprimit. Ait. n. illum: ut canorū cygnū in alta uolare Se āt ueluti apis sit hūilē circa ciuia uersari. Carpentis thyma. Innuit & si depresse scribat tamen suauē illi esse stilū ex cōparatione insecti melificātis. Operosa idest labore compsita. Paruus: ad stilū refert. Cōcinet. Nūc Iuliū laudat: quō Acron diomedeas heroico uersu. xii. libris scripsisse refert. Maiore plectro. grandiori stilo. Sicābros populi in hispania sūt qui romanos centuriones ad stipēdia exigenda missos crucia affixerunt. Hos deinde Augustus debellauit. Quandoq; qs uacat. Per Sacrū diuū. Nā a porta triumphali per uiā sacra ad capitolium triūphantes ueniebant: & superato diuo capitolii in tēplo Iouis optimi maximi maiores hostias sacrificabant: sacrum ergo propter templum Nam de diuo in superioribus diximus: Merita fronde. merita laurea.

Quo cęsare. In aurum priscum in aureali sęcula: quę prisci fuerunt temporibus. Concines. Repetitio ē canes etiā dies festos & ludos publicos: quos populus romanus pro reditu Cęsaris nouerat. Super reditu. i. de reditu. i. p reditu

Lege solutis:
Seu deos regesque canit deorum
Sanguinem per quos cecidere iuxta
Morte centauri cecidit tremendæ
Flamma chimeræ
Siue quos elea domum reducit
Palma cælestes pugilem ue equum ue
Dicit; & centum potiore signis
Munere donat:
Flebili sponsæ iuuenemque raptum
Plorat & uires animumque moresque
Aureos reducit in astra nigroque
Inuidet orco.
Multa dircæum leuat aura cygnum
Tendit antoni quotiens in altos
Nubium tractus: ego apis matinæ
More modoque.
Grata carpentis thima per laborem
plurimum circa nemus uidique
Tyburis ripas: operosa parum
Carmina fingo.
Concinens maiore poeta plectro
Cæsarem quandoque trahet feroces
Per sacrum cliuum merita decorus
Fronde sicambros.
Quo nihil maius melius ue terris
Fata donauere boniquedi ui
Nec dabunt: quanuis redeant in aurum
Tempora priscum.
Concinēs lætosque dies & urbis
Publicum ludum super impetrato
Fortis augusti reditu forumque

Littibus orbum:propter ferias. Nam aliquando propter aliquem tumultum cessabat prętor a iure dicendo & illa ua catio Iustitium dicebatur. Aliquando propter magnam aliquam foelicitatem:& illę ferię dicebantur quę erant imperatiuę. Nam feriarum alię dicebãtur stratiuę: quę erant omnibus comunes:& certis mensibus ac diebus celebrant: & in fastis adnotatę erant ut agonalia carmentalia:& lupercalia Aliç erãt conceptiuę:quę & ipsę quot annis a sacerdotib⁹ uel a magistratib⁹ cõcipiebãt:ſz ñ ſeperi certos dies ut supiores:ut sũt latinę:semẽtinę:paganalia & cõpitalia Alię sũt impatiuę. Verũ iste nec certis diebus nec seper singulis annis iperabant. Sed iperabant illas cõsules aut prętores quotiens aut uictoria aut aliquid lętum ueniebat:ut hę de quibus nunc poeta meminit. Alię denique sunt nundinę paganorum: & rusticorum qbus cõueniũt negociis ppriis uel mercibus prouisuri. Tum meę. De se modestissime loquit. Ergo tu hęc grandiloquo stilo canes: & tunc bona pars. magna pars meę uocis deest mi stili & meorum carminum. Accedet. i. addetur tuo poemati si ego loquar aliquid audiendum. i. tale ut dignũ sit quod audiatur:& canam o sol pulcher & laudãde. Fęlix:ppitie & dator fęlicitatis. Nã aliquãdo passiue ponitur fęlix idest in quo sit fęlicitas Virgilius. Fęlix qui potuit rerum cognoscere causas Aliquãdo fęlix nõ in quo sit:sed q aliis inferat fęlicitatem:ut in hoc loco. Item apud Maronem Sis fęlix nostrorumque leues quecũque laborem. Ergo fęlix es recepto cęsare quasi dicat alia ratiõe nobis fęlix esse non potes. Recepto: a periculis erepto. Io uox lętantis: quam in triumpho proferebant. Alii legunt & fortasse nõ absurde. Ego fęlix recepto cęsare canam te ò sol idest o dies pulcher & laudande. Te decem tauri. Nam secundum censum debent esse sacrificia: ut plura ditior pauciora pauperior afferat. Ergo decem tauri soluent te a uoto quo obligatus es ex reditu cęsaris. Erat autem maxima uictima taurus. Hinc Vir. Et maxima taurus uictima. Me uero soluet uitulus largis herbis: Vt ostendat diligenter a se nutriri:ut hostia pinguior sit. Fronte curuatos: Ostendit in eo talia esse cornua qualia uidemus in luna in tertio die a suo nouilunio. Qua notam duxit Vitulum fuluum designat:sed cui ex albo in fronte nota sit. De nota diximus alio loco. Cętcrum & macula eadem uidetur habere notionem: quę

Littibus orbum
Tum meæ ſiquid loquar audiendum
Vocis accedet bona pars & o ſol
Pulcher o laudande canam recepto
Cæſare foelix
Tuque dum procedis io triumphe
Non ſemel dicemus io triumphe
Ciuitas omnis debemuſque diuis
Thura benignis
Te decem tauri totidemque uaccæ
Me tener ſoluet uitulus relicta
Matri qui largis iuueneſcit herbis
In mea uota
Fronte curuatos imitatus ignes
Tertium lunæ referentis ortum
Qua notam dixit niueus uideri
Cætera fuluus.

AD MVSAM DICOLOS DISTROPHOS. ODE TERTIA.

QVem tu melpomene ſemel
Naſcentem placido lumine uideris
Illum non labor iſthmius
Clarabit pugilem:non equus impiger
Curru ducet achaico
Victorem:neque res bellica deliis

q̃uis ut plurimum turpitudinem inferat: tñ alquãdo pulchra dici põt Vir. Maculoſę tegmie lyncis.

QVem tu melpom Q̃uis solus homo excunctis animantibus si iuris sit propter animi diuinitatem & librorum sibi a rerum omnium conditore concessum arbitrium: tamen non parum in multis rebus interest quo sydere nari simus. Nam & si nulla ui stellarũ:aut i uirtutę aut i uitiũ inuiti trahi possimus:nisi noster accedat assensus tamen in his quę corporis & fortunę sunt non isulsę dixit Iuue. Distat. n. quę sidera te accipiant mõ primos incipientę edere uagitus:& adhuc a matre rubentem. Quin etiam & acumen & hebetudinem ingenii ñ minima ex ptę dãt stellę. Ergo si qué a genesi sua melpomene. i. configuratio illa stellarum: unde hęc studia dant benigne aspexerit hic pfecto reliqs studiis contẽptis totũ se musis tradet. Quo in loco se in musas gratum ostendit poeta cũ quicquid in se boni habeat id ab illis cõfateat. Labor isthimi⁹:labor susceptus in ludis isthimius põit aũt speciẽ progenere. Clarabit:clarum reddet:uerbũ est minime tritũ. Pugilẽ:nã q̃uis hęc in summa fama sint:tñ neque puggillaria neq; equestris cõcertatio illũ delectabit. Achaico. i. greco sed; Acronẽ:quoniã ide optimi ad huiusce mõi certamen equi essent uel non discessit ab eo genere ludorum quod posuerat:nam isthmos in achaia est. Neque res bellica idest disciplia militaris:nã rem pro disciplina poni ia; dictũ est. Vnde estide re militari de re agraria dicit. Erit aũt ordo uerborum talis. Illũ qué tu o melpomene nascentem uideris placido lumine non labor isthmius clarabit pugillem:& non impiger equ⁹ ducet uictorem in curru achaico:neq; res bellica ostendet capitolio ducem ornatum foliis deliis ideſt phoebeis ideſt nõ ducet triumphantem in:Capitoliũ:qa cõtuderit tumidas minas regũ ideſt compresserit minantes:& superbos reges. Sed aquę ideſt flumina & nemora finget illum ideſt component & facient

Mobilem ideſt illuſtrem & nobilitatiſſimum. Carmine ęolico ideſt lyrico ea ratione qua dictum eſt. Poſuit autem flumina quę prefluunt tybur quoniam ipſe ea regione delectabatur. Vnde ſupra tybur argęo conditum colono ſint meę ſedes utinam ſenectę. Romę oſtendit ab effectu quantum ſibi profuerit benignus aſpectus melpomenes. Nã & ſi uatem ſe dicere non audeat: tamen affirmat qđ prędara ſoboles romę principis urbium enumerat eum inter poetas. Sobolem autem hanc intelligit priuignos auguſti: & prędertim Germanicum: quem conſtat nõ ignobilem fuiſſe poetam: ut ſit ſententia hectoris neuiani ſilicet quod gaudeat laudari a laudato uiro. Nam magnum eſt qđ a docta laudetur. Fuerunt autem Auguſti priuigni Druſus ero: qui in germania extinctus eo: & germanicus eſt uocatus: qui domi claudii patris natus eſt Alter Tyberio nero quẽ natũ domi ſuę auguſtus ſibi adoptauit & illi i ipio ſucceſſit. Soboles: quid a patre propagatur a ſerendo dicta. Minus quia iam incipio iuuidiam ſupęrare. Opycri o muſa. Eſt enim hęc pyeris & in uocatiuo remota. s. ex greca conſuetudine ſit pyeri: Quę temperas dulcem ſtrepitum ideſt dulcem ſonum. Aureę teſtitudinis Pulchrę & excellentis teſtudinis. Tẽperas ſtrepitũ. Non ſine ratione dixit. Nam ſonitus teſtudinis: niſi in certum numerum temperetur ſtrepitus ideſt confuſa uox eſſe & nõ harmonia. Temperas ſtrepitum ideſt tẽperando ex ſtrepitu uocem facis. O donatura uocem cygni piſcibus quoque ideſt cuius tanta ſit uis: ut etiam piſcibus qui muti ſunt poſſis non modo uocem dare: ſz etiam optimam uocem qualem in cygnis audimus Piſces exceptis paucis non reſpirant: quia nõ habent pulmonem: neqz fuit opus pulmõe ſanguine carentibus quia reſpiratio data eſt animali: ut illa refrigidetur nimis calor ſanguinis i corde. At i piſcibus ſanguis non eſt. Quia autem nõ reſpirant nõ poſſunt habere uocem: Ergo piſces mutum pecus dicuntur. Delphini tamen & balenę & quidaz magni piſces reſpirant: quia pulmonẽ habent. Ait albertus magnus & Ariſtoteles i libro de animalibus. Totum muneris. Totum hoc quod mõſtror a prętereuntibus digito fidicen romanę lyrę: ideſt docta lyrtcus in romana lingua & quod ſpiro: ideſt uiuo: & quod placeo ſi placeo: ideſt ſi uerum eſt quod placeam eſt tui muneris: eſt munus mihi a te datum. Quod ſpiro. ideſt uiuo: ſed non dixit uiuo niſi quod ſum in aliqua fama. Nam qui ſine fama degunt illorum uita morſqz: ut ait Saluſtius iuſta eſt: quoniam de utraqz ſiletur: Si placeo condictionalem adhibuit ne arroganter de ſe dicere uideretur.

Ornatum foliis ducem,
Quod regum tumidas contuderit mina:
Oſtendit capitolio,
Sed quæ tibur aquæ fertile profluunt,
Fingent æolio carmine nobilem,
Romæ principis urbium:
Dignatur ſoboles inter amabiles,
Vatum ponere me choros,
Et iam dente minus torqueor inuido
O teſtitudinis aureæ
Dulcemq; ſtrepitum pieri temperas
O mutis quoq; piſcibus
Donatura cygni ſi libeat ſonum
Totum muneris hoc tui eſt
Quod monſtro digito preteræuntium
Romanæ fidicen lyræ
Quod ſpero: & taceo: ſi placeo tuum eſt

Laudes Druſii. Ode. iiii:

QValem miniſtrum fulminis alitem
Cui rex deorum regnum in aues uagas
Permiſit expertus fidelem
Iuppiter in ganimede flauo
Olim iuuencas & patrius uigor
Nido laborũ propulit inſcium
Verniq; iam nymbis remotis
Inſolitos docuere nixus
Venti pauentem: mox in ouilia

QValem miniſtrum. Druſum laudat priuignum Auguſti: cuius gratia contra inſtitutum ſuum quartum hunc libruz ſcribendum ſuſcepit Druſus in alphibus rhętos uindelicos populos aſperrimos ſuperauit. Comparat ergo illum aquilę & leoni: quorum altera inter aues alter inter quadrupedes regnum obtinet. Eſt autem ordo Rheti uindelici uidere Druſum ſub alipibus gerentem bella talem qualem iuuentas & patrius uigor olim propulit nido alitez miniſtrum fulminis cui iuppiter rex deorum expertus illum fidelem in ſuo ganimede promiſit regnuz in aues uagas & propulit a nido illum inſcium laborum & uenti uerni docuere illum pauentem inſolitos nixus iam remotis nimbis. Quid autem ſibi uelit quod aquila ſubminiſtret ioui fulmina: & qr in illam uerſus iuppiter ganimedem rapuerit: iam dictum eſt. Promiſit regnum. Rex auium appellatur hic ales: quoniam ęteris omnibus ſit generoſior: & altius oibus uolet. Vnde dicta eſt aquila: quanuis alii dicant nominari ab aquilo colore. Fabula tamen eſt quod illam auium regnam iccirco iuppiter fecerit: quia in bello giganteo ſibi fulmina ſubminiſtrauerit. Vagas quia incertis ſedibus uagantur. Iuuentas nam pullus eſt & nondum e nido euolauit. Patrius uigor. Nam non degenerat a parẽte. Inſcium laborum. Quia nondum uolauerat: unde addit inſolitos nixus. q.d. quod ſit opus maiori nixu: quia

insolens uolandi sit. In ouilia, ut agnos rapiat. In quo notatur generositas: quia in primis uolatibus adhuc insecta rerum sola generositate talem prędam petat. Plinius sex aquilarum genera ponit. Sed primo & secundo generi etiam cerui rapina sunt eodem Plinio auctore. Cum serpentibus pugna est. Serpens enim ouа illius petit Illa serpentem rapit. In reluctantes: quia: ut dixi: pugna cū illis est. Fuit autem propria & accōmodatissima comparatio adolescentis prima in militia excellentissimi ad aquilini pulli primos ex naturali generositate uolatus atq; raptus. Dapis, ut sit sibi esca. Pugnę, ut ulciscatur illum qui in oua aquilina impetum facere solitus sit. Qualem ue. Alia comparatio & in omnibus superiori simillima. Ergo talē uiderunt rhęti drusum qualem leonem uidet in lętis pascuis caprea intenta propter timorem ab ubere fuluę matris leonem iam depulsum lacte. i. qui ad florentem ualidamq; ętatem ex minori iam peruenit. Videt ergo hunc caprea peritura nouo dente: ideſt dente leonini catuli nondū in alia pręda exercito. Rhęti uindelici. proposuerat ingentē drusi fortitudinem. Nūc sequitur propositionis ratio: qua probat hominis fortitudinem ab expugnatis populis qui & natura belicosissimi essēt: & optimo armorum genere munitissimi & situ loci expugnabiles. Nam in alpibus sunt: & uniuersam montanam regionem in orientem austrum que spectantem occupant: & in italiam supra Veronam & Comum extenduntur. Horum latrocinia crudelissima in italos erant. Nam si uicum oppidum ue cępisset non modo puberes mares uerum etiam infantes trucidabant. Quin & omnes mulieres pregnātes quas eorum uates marem concepisse diuinarant. Hos penitus subiugauit amplissima uictoria Drusus germanicus: Sed uictor inter salam rhenumq; fluuios extinctus est: ut ait Strabo: Qui multa propterea de rhoetis tum fortia tum crudelia narrat. Seruius hos liburnos esse dicit. Plinius uero rhoetorum & euganeorum ueronam fuisse scribit

Demisit hostem uiuidus impetus
Hūnc in reluctantes dracones
Egit amor dapis atq; pugnæ
Qualem ne lætis caprea pascuis
Intenta: fuluæ matris ab ubere
Iam lacte depulsum leonem
Dente nouo peritura uidet
Videre ræthi bella sub alpibus
Drusum gerentem uindelici quibus
Mos unde deductus per omne
Tempus amazonia securi
Dextras obarmet quærere distuli
Nec scire fas est omnia, sed diu
Lateq; uictrices cateruæ
Consiliis iuuenis reuictæ
Senſere quid mēs rite quid īdoles
Nutrita faustis sub penetralibus
Posset: quid augusti paternus
In pueros animus nerones
Fortes creantur fortibus & bōnis
Est in iuuencis: est in equis patrum
Virtus: neq; imbellem feroces
Progenerāt aquilæ columbam
doctrina: sed uim promouet insitam
Rectiq; cultus pectora roborant.

Amazonia securi, i. tali securi quali amazones utebantur. Dicit autem pocta distulisse quęrere unde illis. mos. i. consuetudo deductus per omne tempus subarmet dextras amazonia securi: Quia nefas sit scire omnia: Sed satis sibi esse scire quod ipsi hactenus uictores consilio drusi superati sint.

Diu, ad longitudinem temporis. Late ad amplitudinē regionis referas: Magna ergo laus eius uictorię: qua infinita hominum multitudo que semper uictrix fuisset succubuerit. Senescere. Laudat & Augustum cuius disciplina & foelicitate informatus adolescens huiuscemodi facinora edere potuerit. Fortes creantur fortibus. Laudat domum claudiorum: e qua isti forti sunt. Est in iuuencis; est in equis p.u. Non inutilis inquisitio est: quare magis in brutis: quam in hoie paterna uirtus relucescat: Sed in aliud tempus differenda uidetur Pocta autem non in eo quod semper fit: sed quod nonunquam fieri solet sententiam que sibi subseruiat ad presens excitat. Ideo autem brutorum protulit exempla: quia in illis hoc sępius deprehenditur. Laudat igitur familiam a sua sobole. Laudat quoque sobolē a suis progenitoribus. Doctrina sed uim. Sententia est. Valere quidem multum in homine uim a natura insitam. Sed tamen opus esse dicit ut ingenium illud naturale bonarum artium disciplina excolla tur. Non enim uirtutes in nobis a natura sunt: Sed ut ait Cicero extant igniculi seminaq; uirtutum: que & si efficatia sint: tamen nisi doctrina optimisq; moribus excitentur augeanturq; : facile extinguuntur. Quemadmodum & terrę quāuis fertiles sint: tamen nisi cultura adhibeatur facile sterilescunt. Promouet, educit ad profectionem. Cultus recti. Rectę disciplinę quibus animi excolluntur: Pectora. muniunt mentem & robustam faciunt. Vtcunq;, sententia est q; si boni mores quibus semina uirtutum ad habitum perfectum producuntur deficiant culpę i. uitia dedecorant & deturpant bene nata. i. illam probam uim nobis insitam quam semina apollo: quoniam depraua ti mores illam obruūt. Non enim sunt a natura uirtutes: sed per bonos mores ex frequentatis actibus fiunt habitus q uirtutes sūt. Mc taurū. Flumen est umbrię descēdens in adriaticū mare haud lōge a faueſtri colonia senogalliā

uersus. Hasdrubal deuict⁹. Post cõflictũ canensem etsi uniuersę italię maximo terrori erat, Hãnibal:tñ accersitus est in italiam eius frater Hasdrubal A romanis autem alter consulum Claudius nero contra Hannibalem ꝓfectus est. Alter autem Liuius salinator Hasdrubali oppositus est. Sed erant tantę Hasd rubali copię:ut Liuius minime illis resistere posse putaretur. Quapropter claudius nescio maiori animo ansilio ita con castris: quę Hannibali opposita habebat cum parte delecta militum discessit:ut nihil Hannibalpresenserit:Ita etiam ad metaurum pro fectus cum collega se coniunxit:ut hostis suum aduentum non animaduerterit. Quapropter sua precipua opera ira egregie collatis signis pugnatum est:ut hasdrubal cũ quinquaginta sex millibus militum cęsus fuerit. Eademque celeritate ad castra sua deinde reuersus nihil tale ad huc suspicanti hannibali per captiuũ ꝓpter hoc solutum hasdrubalis caput obtulit. Ille dies in quo uictoria potitus est pulcher fuit fugatis tenebris ex latio idest deuictis hostibus:& remota tristicia quę notatur per tenebras:ut foelicitas :per lucem. Ex hac uictoria Liuio salinatori quoniã suis auspiciis & in sua prouincia res gesta é triumph⁹ dęcretus est. Ita quadrigis uectus est. Claudius uero illum equo prosequebatur. Sed tamé plus honoris & glorię in claudium redundauit. Nam sua opera uictoriam partam putabant. Adorea idest uictoria:sic enim nominatur: quia in ea uictus uictorem adoret. Alii credunt adoream ab eo denominatam quod est ador species scilicet farris precipua ex quo liba ad sacrificium fiebant. Dirus exagerat uictoriã Claudii ab iis quę inde prouenerunt bona. Nam tanta plaga accepta Hannibal semper post hac de fuga cogitauit. Ordo autem uerborum sit Vt equitauit idest q̃ celeriter equitando aufugit

Dirus afer. idest crudelis Hannibal per urbes italas. Ceu flamma p tedas. Ita uelociter ut ignis pcurrit tedas:uel ut eurus per siculas undas. Post hoc Post hanc a Nerone partam uictoriam. Romana pubes:idest iuuentus creuit: uel numero militum cum amplius non cęderent a poenis: uel creuit auctoritatę & impio: dum pulso hoste amissas urbes recipiebat. Secundis laboribus. Nã laborabant in bello:sed tamé uictoriã semp reportabant.

Et fana: idest templa spoliata & diruta a poenis habuerũt deos rectos:idest ęquos:hoc est ꝓpitios sic cõtra iniquũ pro irato dicimus. Dixitq; tandé Verba sunt hãnibalis :cũ coactus est de fuga cogitare. Tandé post longũ tempus. Nã prius iactare suas crebras uictorias solitus erat. Cerui pręda luporũ. Optime fugientes ceruis:raptores lupis comparat. Sequmur eos quos nõ dico uincere:sed fallere & effugere idest fallẽdo effugere & tanq̃ si de illis triũphem⁹: Nã fugere fortissimũ hostẽ species quedã uictorię esse uidet. Gens fortis quę cre. Fortis sic Vir. Quos mille fatigãt prę lia nec uicti possunt absistere bello. Nõ mirũ si in romano populo tãta sit uirtus :cũ originé ab iis troianis ducat: qui cremata patria nõ succubuerũt:sed in italiã ꝓfecti sacra natos parentesq; extulerũt:ut nõ solũ ipsi sua uirtute incolumes ex tãto icẽdio euaserint:ſ; ét suos ex crudelissimis hostibus receperit. Magni oio animi est se ab hostib⁹ uictoribꝰ uẽdicare. Maiores aũt suosq; mutari:sed maximi oio q̃ iter bellicosissimos italię populos huiusmodi sibi seds cõstituerint:ut nõ mõ imperiũ amissũ reparauerint:uerũ longe excellentius ꝓpagauerint:ut a calamitatibus suis maiores resumsisse uires uideant. Quapropter quadruplici cõparatiõe rem cõfirmat artificiosissimus poeta. Ostẽdit. n. q̃ nõ magis repullulat ilex ferro excisa. Nigrę pp umbras quas infert. Vel ꝓpter arboris uiuacitatẽ :qua oñd tur ex ipso frõdiũ colore:q uiridis ad nigredinẽ tendit. Opes uires. Animũ audaciã. Nõ hydra. Mõstrosa serpens:quã Echidna ex typhaone cõcepit. Sed illã in lerna argiuorũ palude cõtra hercule nutriuit Iuno:ut ait hesiodus. Pugnauit igitur hercules cũ hydra:nec ferro expugnare potuit. Nã uno excisо capite septẽ subito renascebant Quapropter alia rõne tantũ monstrũ aggress⁹ fortissim⁹ hęros igne illã absumsit. Seruiꝰ ait q̃ uno cęso capite tria subito excrescerẽt: ꝓptereaque

Vtcunq; defecere mores
Dedecorãt bene nata culpæ:
Quid debeas o roma neronibus
Testis metaurum flumẽ & asdrubal
Deuictus:& pulcher fugatis
Ille dies latio tenebris
Qui primus alma risit adorea
Dirus per urbes afer: ut italas
Ceu flammula per tedas uel eurus
Per siculas equitauit undas
Post hoc secũdis usq; laboribus
Romana pubes creuit:& impio
Vastata pœnorum tumultu
Fana deos habuere rectos
Dixitq; tãdem perfidus hãnibal
Cerui luporum præda rapacium
Sectamur ultro quos opimus
Fallere & effugere est triunphus
Gens quæ cremato fortis ab ilio
Iactata tuscis æquoribus sacra
Natosq; maturosq; patres
Pertulit ausonias ad urbes
Duris ut ilex tonsa bipẽnibus
Nigræ feraci frõdis in algido
Per damna per cædes ab ipso
Ducit opes animumq; ferro
Non hydra secto corpore firmior
Vinci dolentem creuit in herculem

latine excetram dictam esse: Idemq; ad historiã fabulam refert. Nam dicit locũ fuisse aquas uomentem: in quo uno meatu clauso multi crumpebant. Quod hercules uidens loca ipsa exussit: & sic aquarũ clusit meatus. Nam hydra dicitur ab eo quod est ὕδωρ. i. aqua. Diodorus autẽ siculus refert huic monstro ex uno corpore centena colla capita serpentina habentia surrexisse: quorũ uno cæso duo orirent. Sed hercules iolao mandauit: ut partem iam cæsam face accensa subito exureret: ne sanguis inde fluere posset. Dolentem uinci. Nam iniquo animo fert uinci uir fortis. Hydraq; ignorantiam allegorice nonnulli interpretantur: que igne. i. igenii feruore interimitur. Eusebius autem de temporibus ubi de ægeo pandionis filio mentionem facit refert auctore platone hydram calidissimum sophistam fuisse. Ergo. ut placuit Coluccio salutato cõciui nostro Hercules. i. doctus philosophus ad idram accedit. Nam cum p dialecticam rationem uerum inueniri posse existimet: & illã duplicẽ animaduertat: ut altera ueris ratiõibus agat: altera que sophistica dicitur falsis putat sophisticaq; tollendã: & cũ in ea uno capite sublato plura nascantur: quia ex uno errore plures subsecuntur rem ignauiã. i. iugenii uehementia conficit. Colchi profectus est ad uellus aureũ diripiendum Iason. Verũ cum auxilio medeæ & tauros ignẽ euomentes domuisset: & serpentẽ aurei uelleris custodem loci draconem interemisset fuit illi & terra tauris excolenda & in ipsa arata terra dentes serendi ex quibus singulis singuli equites armati subito e sulcis crumpebant. Ergo ex uno monstro plura nata sunt. Echionie ue thebæ. Vrbem thebanã conditurus Cadmus ad propinquos fontẽ comites aquarum misit. Sed illi omnes a serpente illic marti sacro cæsi sunt. Interfecit serpentem Cadmus: & cũ de reparatione sociorum oraculum consuleret: iussus est serere dentes serpentinos: & ex iis nati sunt armati equites: qui subito tumultu mutuis uulneribus cæciderũt exceptis quinq; qui illi comites ad urbem condendã fuerunt: Inter quos fuit Echion: qui agauem unam ex filiabus cadmi uxorem duxit: ex ea quæ penthea suscepit: a matre deinde & materteris laniatus cum sacra bachi fieri prohiberet. Ergo ut ad poetæ orationem redeam nõ tantũ ilex & hydra & duo serpentes pullularunt quantum troiana gens.

Monstrum ue submisere colchi
Maius: echioniæ ue thebæ
Mersus profundo pulchrior euenit
Si luctere multa proruet integrum
Cum laude uictorem geretq;
Prelia coniugibus loquenda
Carthagini iam non ego nuncios
Mittam superbos. occidit occidit
Spes omnis: & fortuna nostri
Nominis asdrubale interempto
Nil claudiæ nõ perficient manus
Quas & benigno numine iuppiter
Defendit: & curiæ sagaces
Expediunt peracuta belli

AD AVGVSTVM ABSENTEM.

DICOLOS ODE. V.

O Iuis orte bonis optime romule
Custos gentis abes iam nimium diu
Maturum reditum pollicitus patrum
Sancto concilio: redi
Lucem redde tuæ dux bonæ patriæ
Instar ueris enim uultus ubi tuus
Affulsit populo gratior it dies
Et soles melius nitent
Vt mater iuuenem quem notus inuido

Mersus. i. freqnenter mergas & obruas profundo: tamen emerget. Pulchrior. i. fortior sic. Virg. Satis hercule pulchero pulcher auentinus. Luctere. pro lucteris: idest si etiam lucteris & pugnes ipse proruet te uictorem. i. qui antea uiceris, Integrum. Cui non sit exercitus imminutus: & de se loquitur. Cum laude. Quia ita proruit: ut laudem mereatur. Coniugibus. Quia delebunt maritos aut seruos: ut cæsos. Superbos. ex uictoria ut post trebiciscem: trasimenensem: cannensemq; conflictũ misit. Curę sagaces. Occulte enim ostendit ad res magnas peragẽdas opus esse diuino auxilio: sed illud nunquã affuturum: nisi sũmam solertemq; curam adhibeamus. Nam ut est apud Salustium. Non uotis neq; suppliciis mulieribus auxilia deorum parantur: sed uigilando agendo & recte consulendo prospere omnia cedunt. Peracuta: idest per res difficilimas belli.

O Iuis orte bonis, Maxime laudes Augusti in hac ode exprimuntur: cum tanto desiderio populum ex illius absentia affici ostendat. Quod nunquã esse nisi sua multa maximaq; merita in patriam extarent. Miserat senatus populusq; ro. legationes ad augustũ in transmarinis partibus diutius immorantem ut quam primum reuerteretur supplicantes. uerum cum diutius opinione moreretur: scripsit ad eum poeta. Orte d. propter æneam romulum & cæsarem qui ingente iulia dii fuerunt. Bonis. propitiis & fauentibus. Gentibus romulę. pro romulę secundum Acronem. Ego autẽ puto uocatiui esse: ut appellet cũ romulũ: Nam ut supra ostendimus: a triplici ordine tribus est donatus nominibus: ut cæsar: ut romulus & quirinus ut augustus uocaretur. Erit ergo o optime romule custos gentis. i, humani generis: quia imperator esset romani imperii. Maturũ celerem. Redde lucem. Nam tua presentia omnia felicia

sunt per contrarium in superioribus dixit tenebris fugatis. Instar ueris ad similitudinem ueris. Instar. n. indeclinabile est & sine propositione ponitur. Videtur aũt non formam demonstrare: sed quantitatem. Hinc Vir. Instar montis equum di. p. a. ędificant. Non enim formam montis: sed magnitudinem equum habuisse demonstrat. Cicero de ofitiis Idque si accedat mortis instar putemus. Ergo est poetę sententia quod Augusti uultus tantum splendoris afferat quantum affert uer in anno: Veluti dicat quod absente Augusto fuerit hyems: in qua omnia tenebręsunt: reuertente autẽ illo redeat uer: in quo & dies gratior est: & soles mollius rident scilicet quam cum abest. Vt mater: Non potuit efficati? exprimere amorem populi in Octauianum: nam maternus amor oẽs efficẽt? superat. Mirifice ergo Octauianum amat populus. Iuuenem ergo magis dignus amari cum sit nõ puer: quę ętas adhuc imperfecta est non senex qua ętate iam uitę terminus est: Sed sit in ea ętate quę perfecta sit. Quẽ notus. Nam & absentia diuturna & periculũ amorem augere uidentur. Pręcibus & uotis. Nam precatur deos & uota concipit: & cupida ludendi non dimouet oculos a littore quo apulsurus ẽ. Cõponc uerba Patria icta fidelibus desideriis sic quę rit cęsarem: ut mater uocat iuuenem: quem notus desinet cunctantem. Tutus enim bos. Ostendit: causam tanti amoris esse: quod terra marique omnia cęsaris uirtute pacata sint. Nutrit rura: Dat uim terrę qua fruges fertilescant. Faustitas ab eo quod est faustus parum autem tritum est. Alma pro sancta uenerandaque accipitur. Cęterũ ab alendo uerbum dari deriuatur. Quapropter utplurimum hoc epithetum iis rebus dat: unde nobis ad uitam degendam auxilia sint: sic cererem sic uenerem: sic diem almam dicimus. Mos & lex id est consuetudo quę a lege prouenit. Fuerat enim lex iulia de qua Iuue. Vbi nunc lex iulia dormis: quam Augustus de coherendis adulteriis tulerat Laudantur simili pro puerperę. Laudantur puerperę propter prolem similem patri. Nam quod edat filium patri similem castitatis signum est. Puerpera partu leuatã significat nã facta & quę peperit & quę pugnans est iure dicitur. Laudat ergo & quod pacem tranquillitatemque peperit: propter quam rura optimę cultra fertilem ferunt annonam. Laudauit quod optimis legibus rem administrat. Laudat nunc quod non solum bella cessant: uerum etiam quod omnis belli met? remotus sit. Nam & parthos & scytas & germanos & hispanos ita coercuerat: ut nihil inde timendum sit. Hiberię hispanię a flumine hibero. Condit finit Vir. Cantando longos memi. me. con. so. Diem uitam: nã cessante bello non coguntur in longinquas expeditiones proficisci. Alteris idest secundis. Duas enim mensas adhibebant antiqui primam carnib? similibusque rebus dabant: Secunda uero pomis. Appellabantque has secundas mensas bellaria. Et quia tunc optima uina dabantur Appellabant uina preciosa bellaria bachi. Virgilius. Non ego te mensis & diis accepta secundis Trãsierim rhodia.

Flatu carpatii trans maris æquora
Cunctantem spatio longius annuo
Dulci detinet a domo
Votis omnibusque & præcibus uocat:
Curuo nec faciem littore dimouet
Sic desideriis icta fidelibus
Quærit patria cæsarem
Tutus bos & enim rura perambulat
Nutrit rura ceres almaque faustitas
Pacatum uolitant per maræ nautæ
Culpari metuit fides
Nullis polluitur casta domus stupris
Mox & lex maculosum edomuit nefas
Laudantur simili prole puerperæ
Culpam pœna premit comes
Quis parthum paueat quis gelidum scythen
Quis germania quos horrida parturit
Fœtus incolumi cæsare
Quis feræ bellum curet hiberiæ
Colit qnisque diem collibus in suis
Et uitem uiduas ducit ad arbores
Hinc ad uina redit lætus & alteris
Te mensis adhibet deum
Te multa prece te prosequitur mero
Diffuso pateris et laribus tuum
Miscet numen uti græcia castoris
Et magni memor herculis
Longas o utinam dux bone ferias
Præstes hesperiæ dicimus integro
Sicci mane die dicimns uuidi
Cum sol oceano subest.

Pæana apollini canit:

Ode: Dicolos: vi:

Te deum. Mam uiuenti adhuc Octauiano diuini honores instituti sunt. Vnde alibi Ppręsentiq; tibi maturos largimur honores. Et laribus de qbus dictũ est. Ergo ut gręcia diojcuros & herculẽ inter lares deos enumerant: sic nos te. Fereas idest dies festos quos ,p ociosa pace ponit. Nã de feriis dictum ẽ. Sicci. sobrii: cũ nondũ biberimus. Integro nã integer est in primo mane: qnia nondũ cõsumi coeptus est. Vuidi. i. madidi: idest bene poti & oppenitur sicco

Siuẽ quem prõles niobea magnae
Vindicem linguae: tytiosque raptor

Siue quem proles Sunt qui credunt in ludis secularibus carmen hoc in Apolinis honorem a poeta scriptum sed ludis in suo loco dicetur. Interim quid sibi uelit poeta inuestigemus. Laudat Appolinem: & in primis a pietate quā in matre ulciscenda adhibuerit. Proles niobea. Nobic ex tantalo phrygum rege: ut placet Eu schio nata é: & Amphyonithebano nupsit: ex eoq; secūdū Ouidiū septē mares totidēq; foeminas pepit. Verā cū illa latone se prēponeret apollo suis sagittis omnes peremit. Sed de numero filiorum uaria opinio est: Nam homerus pue ros puellasq; nouos fuisse ait. Eurypides quatuordecim Sapphus. xviii. Pidarus. xx. Quidam alii scriptores tres dumta xat. Magnę magnificę: idest superbe & iactabun de: Vt legimus uerba magnifica: idest iactantia plena: Ergo magnę quia magna de se iactabat. Vi dicem ultorem. Proles niobea filii niobes. Ty tios. greçus nominatiuus. Raptor. stuprator: ut Et raptiganimedis honores. Non autem quia rapue rit: idest stuprum intulerit: sed quia inferre uolu erit: sic Virg. Et gener Auxilium priamo phrygi busq; ferebat. Non enim erat gener: sed esse cupi ebat. Prope uictor. nam si opera Apollinis sub latus fuisset: omnino troiaq; expugnasset. Phthi us. ex phthia thesalię urbe. Mordaci, quia pau latrq; excst arbore quę inciditur. Falleret. pro fe fellisset. Sentētia est Achiles nisi opera tua extin ctus fuisset. non fraudibus & insidiis sed aperto marte troiam expugnasset. Male feriatos. Feria ti sunt qui ferias & dies festos celebrant: ergo ma le: idest in pernitiem suam. Nam celebrabant eum diem: in quo perituri erant Virg. Nos delubra deū miseri: quibus ultimus esset ille dies festa uelam frondē per urbem. Laudat autē achillis fortitudinē ut ostendat maius in troianos Apollinis beneficiū fuisse. De morte autem achillis quid Dion sentiat in superioribus diximus. Vt autē greci fabulantur captus est amore polixenę achilles: conuenitq; cū hecuba: quę illum fallebat: ut oocturno tempore so lus templū apollinis tymbrei intraret puellā a ma tre accepturus. Vbi a paride in insidiis posit dei si mulachrū collocato sagitta calcaneū qui solus uul nerabilis in eo corpore erat transfodit atq; interc mit adiuuante apolline. Hinc Vir. Phoebe grauef troyę semper miserate labores Dardana qui paridis direcsti tela manusq; corpus in eacide. Fidicē do ctor: nā & citharā pulsas & alios pulsare docces.

Xantho: Sic Maro Xāthiq; fluēta deserit ac delō mater nam inuisit apollo. Argute: sonorer Daunię: apulię & de se intelligit: qui primus sit a pud latinos lyricus. Leuis. idest imberbis: nam leuis sine pilis significat Vir. Et sepe in leui quesis sent cornua fronte. Agileus ideo dicitur apollo: qa athenienses in uicis publicis urbis suę statutis alta ribus phoebo sacrificabant. Vici autē ab athenien si bus agilei uocantur. Spiritū. q. dicat diuinum illū furorē: Arte & nomē: Ergo oia recogno scit ab apolline. Prime primarie. Tutela: nā in tutela dianę. i. lunc dicunt pueri pp uim uege tatiuā q̄ ita ab illa est: ut sensitiua a sole. Seruā te lesbiū pedē: quasi canite lyricū carmen ita: ut ob seruetis nūeros & modulationē. Canentes pue rum. l. i. phoebum & lunam. Prosperam frugu

Sensit & troyæ prope uictor altæ
Phthius achilles
Cæteris maior tibi miles impar
Filius q̄is tethidis marinæ
Dardanas turres quateret tremenda
Cuspide pugnax
Ille mordaci uelut icta ferro
Pinus aut impulsa cupressus auro
Procedit late positq; collum
Puluere teucro
Ille non inclusus equo mineruæ
Sacra mentito male feriatos
Troas et letam priami et choreis
Faleret aulam
Sed palam captis grauis heu nefas heu
Nescios fari pueros achiuis
Vreret flammis etiam latentem
Matris in aluo.
Ni tuis uictus uenerisq; gratæ
Vocibus diuum pater annuisset
Rebus æneæ potiore ductos
Alite muros
Ductor argutæ fidicen thaliæ
Phœbe qui xantho lauis amne crines
Dauniæ defende decus camenæ
Leuis agileus
Spiritum phœbus mihi phoebus artem
Carminis nomenq; dedit poetæ
Virginum primæ pueriq; claris
Patribūs orti.
Delie tutela deæ fugaces
Lyncas & ceruos cohibentis arcu
Lesbium seruate pedem meique
Pollicis ictum.
Rite latonæ Puerum canentes.
Rite crescentem face noctilucam
Prosperam frugum celeremq; prōnos
Volueře menses

quia ut diximus plantandi uegetandique uim habet. Crescentem: quia crescit & decrescit luna. Cererem: que: nam & hęc dea ad lunam refertur. Voluere: desit sua reuolutione perficere. nam ut ad cursum Solis annus: ita ad cursum lunę mensis instituitur. Sęculo referente: de quo diximus in carmine sęculari. Nortati: pro horatii uaris docilis modorum.

DIffugere niues: Non solum describit uetum etiam pingit quam uolatile sit tempus: & quam momentaneo interualle fluat. Diffugere niues: quia aduentu ueris fugatur hyems. Redeunt iam gramina causa quę hyemali frigore arucrant. Mutat terra uices. Longiuscule prosequitur neris descriptionem. Gratia: cum geminis sororibus: nam & tres esse: & quare tres sint: dictum est. Hęc autem omnis descriptio poetica est nam uernum tempus cęteris gratius est. De crescentia: duplex sed contraria potest esse sententia: ut sit uel decrescentia: desit ualde crescętia: nam uere liquescentibus niuibus augentur flumina: & tunc dicam prętereunt ripas: desit transiliunt ripas & suo aluco egrediuntur: Vel decrescentia quod deprimet: & sit sententia quod minuantur. & tunc erit prętereunt ripas desit cunt preter desit iuxta ripas neque illas transiliunt. Immortalia ne sũt Cum tempus quod est mensura motus semp fluat nihil erit sub tempus quod duraturum sit. Almũ quia alat: nam sole a quo dies est: omnia aluntur & crescunt. Frigora mitescunt. Mirum poetę ingenium qui cum uer ad uoluptatem legentis latius descripserit: nunc uelocitate orationis: uelocissimũ temporis cursum ante oculos ponit. Est enim boni poetę: & in rebus ociosis ociari & in his q̃ rapti: gesta sunt precipiti quadam oratione ipsam celeritatem exprimere. Quod etiam in multis aliis locis apud Maronem: & precipue in narratione troianę captiuitatis apparet: in qua tum lente & ociose: tũ raptim & festine: ut ipsa res exigit ex idustria narrat. Frigora: pro hyeme ponit. Zephyris: pro uere nam & medici a flatu huius uenti uer i choare uolunt. Proterit: quia ad exitiũ perducit. uel respexit rapidum uim caloris: quo herbę quas uer sua clementia & perduxerat & aluerat uehementer arescunt. Damna tamen: Fluunt quidem assiduo lapsu tempora cum omnibus rebus quę sub tempore sunt. Sed hoc tamen interest: quod tempora quidem redeunt: quę autem orta sunt cum ad interitum uenerint nunquam redeunt. Celeres lunę desit: unacum suis cursibus celerrimis.

Reparat restaurat damna cęlestia nam: si nunc iminuitur: paulo post crescet: Vnde cęlestia nullum sentiunt damnum: Mortalia uero sentiunt nã nos ubi desit postquam decidimus silicet ad inferos.

Puluis & umbra nam corpus in puluerem redit. Vmbra: id est anima sola restat. Nec me fugit ueteres diuisionem qui refert fuisse phõs: qui dicerent ex nobis simulachrum inferos petere Vmbra corpus sequi. Spiritum uero ad cęlum redire. Sed huiuscemodi inquisitio altior est: quam huic loco conueniat. Quapropter alio differat. Quo patere ostendit mortem ita omnib⁹ esse comunem: ut neque fortibus regibus: neque opulentis parcat. Diues: preterea amplam uictoriam quam de albanis reportauit nam & populũ ro. ex albanis ciuibus quos in ciuitatẽ romanã recepit uehementer auxit. Quid scis. q. dicat scire nõ potes ergo duplex est infelicitas: prima q̃ uita breuissima & sine reditu sit. Secda q̃ illa ẽt cadẽ breuitas i certa semp sit. Cuncta: hortat ad liberalitatẽ: nã uidẽ eẽ hois officiũ liberalitate uti cũ tũ sua oia bõa hęredi auaro & cupido relictur⁹ sit. Amico liberali: nã q̃ alteri dat: illi amic⁹ ẽ. Cũ semel occi. Eãdẽ sẽ

Nupta iam dices ego diis amicum
Sæculo festas referente luces
Reddidit carmen docilis modorum
Vatis horatr.

Ad manlium torquatum. Ode. vii.

DIffugere niues redeunt iam gramina campis
Arboribusque comæ
Mutat terra uices & decrescentia ripas
Flumina prætereunt.
Gratia cum nymphis geminisq; sororibus audet
Duce nuda choros:
Immortalia ne speres: monet annus & almum
Quæ rapit ora diem
Frigora mitescunt Zephyris uer proterit æstas
Interitura simul.
Pomifer autumnus fruges effuderit: & mox
Bruma recurrit iners
Damna tamen reparant celeres cælestia lunæ
Nos ubi decidimus
Quo pius æneas: quo tullus diues: & ancus:
Puluis & umbra sumus
Quis scit an adiiciant hodiernæ crastina uitæ
Tempora dii superi:
Cuncta manus auidas fugiunt heredis amico

sentiam repetens in eo imoratur quo maxime torquatum liberalem reddere posſit. Splendida: uel ga ucriſſima ſunt uel quia ab illis nō eſt ꝓuocatio. Nō tor. g. Neq; nobilitate generis: neq; eloquētia: neq; uirtute: q̄ oia in te ſūt: po ueris te ab inferis eximere. Infernis ne. n. Nā ſi dea amiciſſimū optimūq; uirū & p ſummā iniuriā cęſū a morte uē dicare non potuit: quis ab ea unq̄ liberabitur. Quo in loco poetica licentia aliter fabellā hyppolit inarrat q̄ ab aliis na retur. Dūt theſeo ab iferos deſcędēte phedrā theſei uxorē amore hyppolit pulcherimi adoleſcentis: ſuiq; priuigni captā de adulterio illū interpellaſſe, ſed caſtiſſimus adoleſcēs procaci mulieri nō obtēperaret illa amorem in odium con uertens redęunti theſeo cum accuſauit tanquam ipſe eam interpellaſſet. Irat⁹ pater interimere hyp politū uoluit. At ille quadrigis uectus paternaq; ſę uitiā fugiebat, quapropter cū alter illū cōſeq nō poſ ſet ęgeū patrē orauit theſeus: ut ex tribuſ optatis q̄ ſibi daturū pollicitus fuerat hoc cōcederet: ut iret hyppolitus. imiſit phocas ęgeus: qb⁹ deterriti equi & in fugā uerſi: adoleſcētē per in uia raptarūt: do nec diſcerptus laniatuſq; eſt: propterea q̄ Hyppo . uocitatū uolunt qđ ab eqs laniatus ſit: nā hippos equus. Λύω ât ſoluo ſignificat. Verū cum adole ſcēs ęlebs uixiſſet dianęq; deditus uenationibus ſe exercuiſſet: orauit. Diana Aeſculapiū Apolliniſ filiū & medicinę deū: ut illū in uitam' reuocaret: reuocatūq; in ytaliā trāſtulit ęgerieq; nymphe cō mendauit: & mutato nomine pro hyppolito Vir bium apellari iuſſit. At iuppiter indignatus q̄ aliquis hominē iam uita functū reuocare ualeret ipſum Aeſculapiū fulmine interfecit: De quo Vir. Pęoniis reuocatū herbis & amore dianę. At pater oipotens aliquē indignatus ab umbris Mortalem inermis ad lumina ſurgere uitę Ipſe repertores⁊ me dicine talis & artis Fulmine phoebige, nam ſtygi as demiſit ad undas. Theodontius rem ad hiſtori am referens: ſcribit illū nō fuiſſe interfectū: ſed ue hementer uulneratū & Ariciā quādā acticę regi onis mulierē quā ille clāculum amabat ab Aeſcula pio ipetraſſe ut hyppolitū quē theſeus periſſe cre debat: ſanaret: quę quoniā uenationib⁹ exercebat diana putata ē. Hyppolit⁹ aût iā. Virbius appella tus in italiā ualitudine recupata, pfect⁹ ē: & urbeꝫ aritiā de amate mulieris nioie apellatā cōdidit Ve rū hāc fabulā Horatius nūc puertēs negat dianā illū ab iferis liberare potuiſſe. Theſeus: theſe⁹ pithouſq; a deo amici fuerūt ut inē illa rariſſima patia amicorū enumeretur. Hic cōiurarunt nullā niſi iouis filiā uxo rem ductores. Quapropē cū Theſeus Helenā rapuiſſet ad iferos deſcenderūt: ut raperēt Proſerpinā Perithoo: ſed pe rithous ibi iteręptus ē. Theſeus aût in uinculis retēt⁹: donec ab Hercule liberat⁹ ē. Sed & hic in aliq̄ pte fabulā uariat

Donarē pateras. Eſt argumētū nihil cō q̄ mortales hoies magis imortales reddere poſſit: q̄ carmia poetarū. Hoc ipſe ſūma arte demōſtrat. Gratia Aera cōmēdarſe a liberalitate: quę ñ ex donis: ſꝫ ex aio illis q dare cupit cogno ſcit: & ęs ponit p ęneis ſtatuis. Cōmodus ſic. n. legit. Acrō q̄ſi utilis Vel cōmodis ſodalib⁹. Tripedas accuſatiuus grēcus. Tripodes. n. ſūt mēſę militares. Frat ât donū apud grēcos egregiū. Hinc Ouidi. Et tripodes ſeptē pōdere ex arte pares. Nō peſſima. i. ōptata. Liptote ē cū min⁹ dicim⁹ & plus itelligim⁹. Diuite me ſi eſſe diues. Artiū. i: re rū arte fabricatarū. Parrhaſius epheſi⁹ fuit pictor ęgregi⁹: ac prim⁹ q capillos i picturis diſtingueret: & uarios i fa cis uult⁹ faceret: & modo acrē: mō lętū pingeret pin xit & currētes ita ut i curſu ſudorē emittere uideret. Pixit & arma tos ita arma exuētes ut pre labore anhelare uideret. Euit aût ſupbia itollerabili. Quapropē cū certaret Thymāte de pictura: illūq; ſupaſſet: tū ſuffragiis populi prelat⁹ Thymantes quoniā pp ſuā ſupbiā odęrat Parraſiū popnlus. Scopas: ſculptor fuit nobilitat⁹ maxie i uenere & phętonte: q ſamothracię factis cerimoniis coluit. Habuit ęmulos Bryaxē: Thimotheū & Leocarē: cū qbus celauit mauſolcū mauſoli carię regis ſepulchrū: qđ inter ſeptē orbis miracu la reponit: Opus quadratū fuit: & ſingula latera ſingulis celanda locata ſunt. Hic. ſ. Scopas. Ille ſcilicet Parrha ſius. Precium dicerem ideſt quaꝫ pretioſum munus ſit. Notis publicis, i. titulis a rep. datis: ut eſt pater patrię. &

Quæ dederis animo
Cum ſemel occideris: & de te ſplendida minos
Natura incendit: ſub clara nuda lacerna
Quæcunq; excepit turgentis uerbera caude
Clunibus: aut agitauit equum laſciua ſupinum:
Dimittit neq; famoſum: neq; ſollicitum ne
Ditior aut formæ melioris meiat eodem:
Tu cum proiectis inſignibus anulo equæſtri
Romanoq; habitu prodis ex iudice dama
Turpis odoratum caput obſcurante lacerna:
Noues: quod ſimulas metuens induceris: atq;
Altercante libidinibus tremis oſſa pauore
Quid referturi uirgis: ferroq; necari
Auctoratus eas: an turpi clauſus in arca:
Quo te demiſit peccati conſcia herilis
Contractum genibus tangas caput: eſt ne marito
Matronæ peccantis in ambos iuſta poteſtas
Incorruptorem uel iuſtior illa tamen ſe
Non habitu mutat ue loco peccat ue ſuperne:
Cum te formidet mulier: neque credat amanti
Ibi ſub furca prudens: dominoq; furenti

ueluti seruus constitutus e. Furenti pp inimicitiã acceptã. Formidet neq; credat. q.d. quę metu potius q̃ amore te admiserit. Credo metues. q.d. nõ metues. Quãdo iterũ paueas. Quãdo iterũ illa te uelit admittere: ut paueas: & i piculũ incidas. Oratoria ẽ dissuasio. Nõ. n. dicit qd cupiat: sz qđ piculũ inde puenturũ sit ostendit. Quotiens seruus. Naz totiens in seruitutẽ cades quotiẽs in adulterio deprehẽderis. Mira stultitia. Oõdit in adulterio q cũ semel euaserit: ut sus tũ in pieulũ redeat. Cũ nulla sit tã pua bestia quę ruptis uinculis se ruptis illis redat. Nõ sũt mechus. Demõstrat uerat qd mali mechis eueniat. Nũc oõdit eẽ mechos q cupiũt mechari: sz pp metũ abstinent. Quẽadmodũ & seruꝰ furdici põt: q cupiẽs furtum facere: tñ metu absteritus omittit. Volutas. n. ẽ que peccat ñ actio. Quapplõgo ordine docet Aristoteles q̃ uoluntaria dici possint: & q̃ cõtra. Nã nisi illa adsint neq; uirtutẽ neq; uitiũ committimus. Et Iuuen. Nã scelus intra se qcũq; cogitat ullũ facti crimẽ habz. Vaga uelox ad peccãdũ. Frenis. i piculo & metu. Tu ne mihi d. cũ tu sis minor & inferior mihi tot & tãtis iperiis rerũ & hoiuz: qa & adulterę iperãt: & multa alia uitia tibi iperat. Que te ni Snia ẽ serui ipe sita illis uindicta statim liberi fiũt. Nã excũt de potestate dõi: Tu ãt & si quater uindicta iponat ñ eris liber qa mãcipiũ es multorũ uitioru & presertim formidinis. Adde sensus ẽ Quãuis uicarius a dõo ipostus iperet aliis eiusde familię seruis: tñ qa cide, domino seruit nõ dõs illorũ sz cõseruꝰ ẽ. Ita tu iperas quidẽ mihi. Sz qa seruus es eiusdẽ uitii cuiꝰ ego nõ rã dõs: sz cõseruus es meꝰ. Nã quẽadmodũ lignum: ñ ferit sz manꝰ eius q mouet lignũ ita cũ tu mihi iperas ea q̃ tibi aliquod uitiũ iperat nõ tu es iperator q es uelut illud lignũ sz uitiũ. Quisnã igit. Conclusit e. Snia stoicorũ solũ sapiẽte liberũ esse: quoniã i sua & nõ aliena pte cõstitutꝰ sibi iperet: & ita cũct. quę hic enumerant cõtenit: ut nihil extern. i nihil preter uirtutẽ quę sola i se ẽ: reliqua ãt sũt externa: possit illũ impedire. Teres & rotũdus. Cui noceri nõ põt. Nã forma teres & rotũda neq; ansas prebet ut capia & facile elabit̃ p obstãtia: M ca. quasi sine uiribꝰ quoniã tibi nocere nõ põt. Gelida. s. aqua. Nã mulierbris iniuria ẽ: ut hostiũ pulsãtẽ aqua supne ifusa operiat. Perfũdit repulsũ. i. pfundendo repellit. Vir. Submersasq; obrue puppes. i. sb merge ut odruantur. Rursus uocat. Sic Terent. excusit reuocat. Pausiaca. a pausia pictore nobili. Torpes stupes. i. admiraris. Qui peccas minus. q.d. ita peccas cũ nimis miraris pulchrã picturã ut ego admirãs quę fnlius & rutuba mali pictores fecere: q aut rubrica aut carbõe pingebãt. Quorũ cũ picta prelia admirans cesso neq̃ dicor. Tu aũt subtilis iudex ueterũ picturarũ diceris. Audis. s. cũ de te ita dicat̃ subtilis ẽ ueterũ iudex. Libo in sacris libũ offerebant de farre melle & oleo: ut dicit seruius. At in epulis libũ sic fieri cõsueuisse a Marco Catone in libro de agricultura scribit his uerbis Libum sic facito casẽũ bene dist erat i mortario ubi bene triuerit farinę s. ligineę librã: au simile: tenerius eẽ se librã. Similagi nis selũ eodẽ idito: permisceto q̃ cũ casẽo bene. Ouũ unũ addito & permisceto una bene. Inde panẽ facito: solu subdito i fecc cali do. Subtesta ea coqto leniter. Tibi ingens uir. q.d.

Committes rem õmnẽ: & uitã: & cũ corpore famã
Euasti credo metues: doctusq; cauebis:
Quæres quando iterum paueas iterumq; perire
Possis o totiens seruusq; bellua ruptis
Cum semel effugit: redditse parua cathenis:
Non sz mechus ais neq; ego hercule, fur ubi uasa
Prærere o sapiens argentea tolle periclum
In uaga prosiliet frenis natura remotis:
Tu ne mihi dominus: rerum imperus hominũq;
Tot tantisq; minor, quem ter uindicta quaterq;
Imposita haud unq̃ misera formidine priuet
Adde supradictis: quod non leuius ualeat: nam
Siue uicarius est: qui sermo patet ut mos
Vester ait: seu conseruus: tibi quid sum ego nẽpe
Tu mihi qui imperitas: aliis seruus miser: atq;
Duceris: ut neruis alienis mobile lignum
Quisnam igitur: liber: sapiens: sibi qui ipiosus
Quẽ neq; pauperies, neq; mors neq; uincula terrẽt
Responsare cupidinibus: contemnere honores
Fortis: & in se ipso totus teres atq; rotundus:
Externi nequid ualeat per leue morari
In quem manca ruit semper fortuna potes ne
Ex his ut proprium quid noscere: quinq; talenta
Poscit te mulier: uexat: foribusq; repulsum
Perfundit gelida, rursus uocat: erripe turpi
Colla iugo liber: liber sum dic age: non quis
Vrget enim dominus mentem non lenis: & acris
Subiectat lasso stimulas: uetatq; negantem
Vel cum pausiaca torpes insane tabella:
Qui peccas minus atq; ego cum fului rutubæq;
Aut placide iani contento poplite miror
Prælia rubrica picta aut carbone uelut si
Reuera pugnent feriant: uitentq; mouẽtes
Arma uiri nequam & cessator dauus: at ipse
Subtilis ueterum iudex & callidus audis
Nil ego: si ducor libo fumante: tibi ingens
Virtus arq; animus cenis responsat opimis
Obsequium nentis mihi pernitiosius est: cur

tu magnanimus haberis: si magnas cenas paras.
Ergo si obsequor uentri statim plector tergo. Tu
aut impune capis obsonia: q̄ nisi magno precio sū
mi nō possunt. Illusi pedes: qui cū stare posse cre-
dunt pp ebrietā ē uaccillant. Vitiosū. Excrapula
uel illusi a podraga. An hic.p. Vtrū maius pecca-
tum est an serui qui strigilē quā furatus est cū uua
cōmutat: an tu qui predia gulę seruiēs uendis.
Nil Seruile hēt parens gulę. q.d. nōne hēt aliquid
seru le: qđ pa eat .i. obteperet gulę. Nō horā. t. e p.
N i tot curis afficeris ut semp in diuersa distract9
tecū ee nō possis. Ocia recte. Ocia nō inertię. sed
studiorū intelligit. Te uitas quia tui oblitus per
uaria discucris. Erro nominatiui casus est dicūtur
aut errores qui p alienas regiones uagātur. Vnđ
mihi lapidē. Irascit dōs seruo uero caneti. Quorsū
est opu . Interrogat seruus ad quā rem lapide: uti
uelit. Sed ille ira inflāmatus petit etiā sagittas.
Aut insanit homo. Verba serui. Nam cū uideat
dām tanto furore petitū putat illū aut insanire ex
atrabili: aut facere uersus .i. agi furore illo diuino
quo poetę afflātur: cū uersus cōdunt. Nona opera
Minat: ad opus rusticū in sabinos se illū missurum
ut nouē assiduos dies ibi fodiat. Nona opa. i. no-
uem dierum operarius.

ET Nasidieni iuuit. Nasidieni epicurei cenā
honestis quibusdā simul & turpibus uiris
posita describit. In qua luxū carpens epicures ue-
ridet. Alloquit aūt fundaniū amicū: qui cenę inter
fuerat. Cōuiuā. s. te. Nere. p heri. De medio die
.i. a medio die: qđ erat cōtra romanā modestiā. nā
meridies sexta hora est romani aūt ante nonā ho-
ram iqua sola quarta diei superest cibū nō capiebāt.
Sic Respondet fondanius. Ait. n. Sic silicet ui-
uit ut &c cętera. Iratū famelicū intelligit. Ieni
austro quia caret frigore. Austro aūt flante car-
nes magis mitę fūt. Cenę pater. Rex cōuiuii. s. na
si dienus. Rapula a rapo repulū est. Lassū defati
gatū. i. nause antē. Reruellunt. Pungunt quia
acria excitāt appetitū. Siser Spes est herbę: cuius ra
dice adeo delectatus est tyberius cęsar: ut eā singu
lis annis a germania peteret. De hac columella in
suis carminibus. Vlpica quę q̄ fabis habilis fabri-
lia miscet Iam siser affirioq̄. uenit q̄ semine radix.
Sūt qui eā putēt quā uulgo sermōtanā nominant.
Secula coa. Vinū cohū ad uappā exhausta āpho-
ra redactū. Alte cictus bene expedit9. Vt attica
uirgo nā insacris cereis diligentius curant ut oia
mūda sint. Idapses: nomē seruia fluuio q parthos
in indiā fluit unde oriūdus sit. Fuscus qa in illis
ptibus colorati sūt hoies. Maris exps. cui non sit
admixta marina aqua. Nā ut apparet apud Colu
mellā uina aqua marina cōcinnabāt. Quod si pcul
a mari cēnt salibāt aquā eaq̄ loco marinę utebātur

Tergō plector enim: qui tu impunitior: illæ
Q næ paruo summi nequeunt obsonia captas
Nempe inamarescunt epulæ sine fine petitæ
Illusiq̄ pedes uitiosum ferre recusant
Corpus an hic peccat sub noctem qui puer uuam
Furtiua mutat strigili qui prædia uendit.
Nil seruile gulæ parens hēt adde quod idem
Non horam tecum esse potes non otia recte
Ponere teq̄ ipsum uitat fugitiuus ut erro:
Iam uino quærens iam somno fallere curam
Frustra nā comes atra premit sequiturq̄ fugacem
Vnde mihi lapidem quorsū ē opus unde sagittas
Aut insanit homo aut uersus facit ecius hinc te
Ni ripi accedas opera agro nona sabino

Satyra: VIII. de cena nasi dieni.

ET nasidieni iuuit te cæna beati:
Nam mihi quærenti cōuiuā dictus here illic
De medio potare die sic ut mihi nunquam
In uita fuerit melius dic si graue non est
Q uæ prima iratum uentrem placauerit esca
In primis lucanus aper: leni fuit austro
Captus: ut aiebat cænæ pater: acria circum
Rapula: lactucæ: raddicis. qualia lassum
Peruellunt stomachum: siser: alec sæcula coa:
His ubi sublatis puer alte cinctus acernam
Gausape purpureo mensam pertersit. & alter
Sublegit quodcunq̄ iaceret inutile quodq̄
Posset cænantis offendere ut attica uirgo
Cum sacris cereris procedit fuscus hidapses
Cæcuba uina ferens alcon chium maris expers
Hic herus albanum mæcenas siue falernum
Te magis appositis delectat: hē mus utrumq̄
Diuitias miseras sed quis cænantibus una
Fundani pulchre fuerit tibi nosse laboro
Summus ego: & ppe me uiscus thurinus & infra
Si memini uarus: cum seruilo balatrone
Vibidius: quos mæcenas adduxerat umbras
Nomentanus erat super ipsum portius infra:
Ridiculus totas simul absorbere placentas:
Nomentanus ad hoc: qui: siquid forte laterunt
Indice monstraret digito: nam cætera turba
Nos inquam cænamus aues: conchilia pisces

Diuitias miseras. Exclamatio poetę carpētis luxu
riosā cenā: & appellat diuitias miseras: qa ad miserā uitā inducūt hoies. Varius. Poeta. Vmbras. q.d. scurras illos nō
hoies ee: sed umbras hoies. Ridiculus absorbere. Quia absorbēdo risū captaret. Placēta aūt teste catōe fit ex farina sili
ginea & ouillo caseo benę recentę & ex melle. Dicitur aūt ut puto a placendo. Indice digito. Hic enim si quid sua

Longe dissimilem notō cellantia sucum
Vt uel continuo patuit cum pasceris, atq;
Ingustata mihi porrexerit ilia rombi
Post hæc me docuit melimela rubere minorem
Ad lunam delecta: quid hoc interfit: ab ipso
Audieris melius: tum uitidius balatroni.
Nos nisi damnose bibimus: moriemur inulti:
Et calices poscit maiores uertere pallor:
Tum parochi faciem nil sic metuentis: ut acres
Potores: uel quod maledicunt liberius: uel quod
Feruida quod subtile exurdant uina palatum:
Inuertunt aliphanis uinaria tota
Vitidius balatro q; secutis omnibus imis:
Conuiuæ lecti nihilum nocuere lagænis
Affertur squillas inter murena natantes
In patia porrecta: sub hoc herus hæc grauida inqt
Capta est: deterior post partum carne futura
His mixtum ius est oleo: quod prima uenafri
Pressit cela garro de succis piscis haberi:
Vino quinquenni uerum citra mare nato.
Dum coquitur cocto chium sic conuenit: ut non
Hoc magis ullū aliud pipere albo non sine aceto
Quod mythimneam uitio mutauerit unam
Erucas uirides: inulas ego primus amaras
Monstrauit inquoquere illutos cotillus ethios
Vt melius muria, quod testa marina remittat:
Interea suspensa graues aulea ruinas
In patinam fecere trahentia pulueris atri
Quantum non aquilo campanis excitat agris
Nos maius ueriti post q̄ nihil esse pericli
Sensimus erigimur rufus posito capite: ut si
Filius immaturus obisser flere quis esset
Finis: ni sapiens sic nomen tenus amicum
Tolleret? heu fortuna: quis est crudelior in nos
Te deus: ut semper gaudes illudere rebus
Humanis uarius mappa compescere risum
Vix poterat balatro suspendens omnia naso
Hæc est conditio uiuendi aiebat: eoq;
Responsura tuo nunq̄ est par fama labori:
Tene: ut ego accipiar laute torquerier omni
Sollicitudine districtum, ne panis adustus
Ne male conditum ius apponatur: ut omnes
Percincti recte pueri comptiq; ministrent:
Adde hos præterea casus: aulea ruant si

aurius lateret, si ei sore mōstrabat. Nā cętera. r. Sn
é reliq turba sūt. q. d. iscii rerū. Sz nos cęnam⁹. i. no
scim⁹ eligere q̄ cauēda sūt: qđ patuit nūccūpor⁹
rexit puer i gustata. Inguſtata. Vel qa nolui gusta
re tāq̄ nō bona: uel cōtra nó gustata aliis q ō notūt
suauitatē eorū. Ad minorē lunā s. cuz diminutā
luna. Damnose: Multū qđ sit cū dāno ci⁹: q cōuiui
um q̄rebet. Parochi. Quisint parochi iā dictū ēt
sz hic ponit p magistro cōuiui. Hi ign ptimi tū in
gurgitatione potatorū: uel qa illi liberi⁹ maledicūt
uel qa nimiū subtile uinū stupefacit palatū: ita ut nō
ualeat gustu. Timuit ergo ne posset pcipe sapores
suaues epularū. Exurdāt, surdū faciūt. i. hebetant
& dedit gustui qđ audit⁹. Inuertūt aliphanis. Vi
naria uasa minora sūt qb⁹ uina e cella pmpta i tri-
clinū deferebāt. Ex his āt uinū i aliphanos q̄ pocu
lorū spes sūt trāsfūdit. Inuertūt ergo q. d. euacuant.
Secutis oib⁹ imie. Incepit nimia illa igurgitatio a
uibidio & balatrone hoib⁹ pditis: quos secuti sunt
oēs q erāt i inferiore pte thori. Nā męcenas & uar⁹
& reliqui ęgregii uiri q primas i cōuiuio ptes tene
bant a reperātia uó recedebāt. Squillis. Piscis ex
genere molliū ē. Murena hic piscis quocunq; ipe
parit. Oua eius citissime crescūt. Vulgus cū terpē
tib⁹ illas coire putat. Aristoteles, mirinū uocat ma-
rē q generat. D. scrimenq; ē q murena uaria & ifir
ma ē. Myrin⁹ unicolor & robustus: detesq; extra os
hz i gallia septētrionali murenis oib⁹ i dextra max il
la septenę maculę ad formā septētrionis aurco colo
re sūt dū uiuūt: nā pariter cū uita e tinguūt. Vedi⁹
pollio eques. r. ex augusti amicis mācipia dānata in
uiuariis murenarū demergens totū hoiem dstrahi
spectabat. Aceti gustu i ma imā rabiē agunt. Non
crassū ut anguillis tergus illis ē: sz tenue eoq; uer-
berari solitos pretextatos esse. Verrius scribit, hortē
sius murenā i uuariis suis adeo dilexit: ut extincta
fleret. Sub h. Stati hac posita locutus ē her⁹. i. ce-
nę dūs illā grauidā capta fuisse qa cū murenę pepe
rint deteriore carne sint deinde demōstrat quo pul
mentario cōdiat. Ius. n. ipsi⁹ cū oleo uenafrano mi
scebāt. Prima cella. Primaria i quo esset optimuz.
Garo garū liquamē ē ex piscib⁹: Mythimneā
ab urbe lesbi ubi optimū fit uinū. Vir. Quā mythi
neo carpit de palmite lesbos. Inulas. bulbe spes ē.
Amaras, acres. Inquoqre una cū illis coqre. Et
cothillus monstrauit: ut echinos illutos: q̄si dilutos
melio⁹ remittat muria q̄ testa marina. Nos maiue
riti. Ruebant. n. aulea, at nos uerebamur ne ruerēt
dom⁹. Erigimur. i. liberamur a mętu quēadmoduz
deiicimur cu metu deprimimur. Rufus deplorabat
cenę iteritū. hic nebulo deiecto capite ex dolore: ut
si ploraret i teritū filii. Illudere reb⁹ humāis. Ver
ba digna odio ut ita lamētet rē nimiā uelut si capi
tis piculū imineret. Vari⁹. uir. s. sapiēs: Suspēdens
oia na. Vt oūdat anxiū & cogitabūdū uelut in re
grauissima: & utiq; uelut pasitus multa adulatione

& in re ridicula tragoedias excitat ex epicurcorum sententia: quibus hęc cenę perturbatio summum malum uideri
possit. Enumerat ergo hercules labores in cęna paranda maxime in qua huiuscemodi casus euenire possint. Agaso
rudis puer ut sunt agasones. Dii ti. homo uanus adulatione demollitus omnia se illi debere putat: & ppterea omnia
precatur: & poscit subito soleas: ut in culinā preparans cenam restauraret. Soleas po. Nam in toris & conuinio sine
calceis erant. Nullos loquitur poeta. Vibidius. Continuat narrationem fundanius: & hunc bibacitatis notat. Mu
tate fron. Redibat. n. lętus cum epulas restaurasset & casum fortunę sua arte emendaturus esset. Mazonomo uasis

spes. Ficis nam iccur in anserc laudatur presertim
si ficubus auis pasta sit. Fartilibus enim magnā
amplitudinem crescit iecur anserinum. Exemplum
quoq; lacte mulso augetur. Questio tamen eqs pri
mus huius rei auctor fuerit. Scipio an metellꝰ uir
cōsularis an. M. scisscius eques romanus. Romę in
ueneratiōe fuerunt anseres: quia clangore suo ca
nes custodesq; excitando capitoliū ab irruptione
gallorū seruarunt: ppeaq; censores cibaria anserū
in primis locant. Anser Lacydi phō ita semper ad
hęsitut neq; domi neq; foris usquā ab eo discede
ret. Suauis si non causas. Suaues epule erant; sed
ille eas insuaues reddebat nos misere longo sermo
ne fatigando dum singularū naturam docere nos
& causas uoluisset. In quo loco notat poeta epicu
reorū longissimos & friuolos atq; uanos de physi
cis sermones. Sed tedio orationis fastiditi illū ulti
sumus nihil comedendo. Hoc. n. grauc ē domino
cōuiuii. Intactas ergo epulas reliquimus ueluti si
canidia q̄ anelitu suo sęuior est serpentibus illas af
flasset. Aphris aphricanis. Ibi. n. libya est arenosa
in qua ois generis serpentes abundant: & pp calo
rem regionis & aque inopiam sęuissimę nocent.

Vt modo si patinam pede lapsus frangat agaso?
Sed conuiuatoris uti ducis ingenium res
Aduersæ nudare solent; celare secundæ
Nasidienus ad hæc, tibi, dii quæcunq; præcari s
Commodo dent, ita uir bonus es conuiuaq; cōis
Et soleas poscit, tum in lecto quocunq; uideres
Stridere secreta diuisos aure susurres:
Nullos his malem ludos spectasse; sed illa
Reddere agæ: quæ deinceps risisti; uibidius dum
Quærit de pueris, num sit quoq; fracta lagœna
Quod sibi poscenti non dentur pocula; dumq;
Ridetur fictis rerum balatrone; secundo
Nasidiene redis mutatæ frontis ut arte
Emendaturus fortunam; deinde secuti
Mazonomo pueri magno discripta ferentes
Membra gruis sparsi tale multo; non sine farre
Pinguibus & ficis pastum iecur anseris albi.
Et leporum auulsos ut multo suauius armos
Quam si cū lumbis quis edit; tū pectore adusto
Vidimus & merulas poni; & sine clune palumbes
Suauis res; si non causas narraret earum &
Naturas dominus; quem nos sic fugimus ulti
Vt nihil omnino gustaremus; uelut illis
Canidia adflasset peior serpentibus aphris

Quæ, horatii flacci epistola
rum liber primus.
Epistolarum ad mœcenatem.

Christophori ladini florentini ad illustrissimū gui
donem feltrium in. q. Horatii flacci epistolas inter
pretationes incipiunt. Procmium.

QAgnum profecto mortalibus. Illustrissime
Guido feltri adiumentū attulit ea q̄ de uita
& moribus inscribitur phia sine qua homini inci
uili societate degenti non dicā beatā; sed ne ulla q̄
dem uita eē pōt. Ipsa. n. & uirtutū oium i dagatrix
est: quibus ab homine remotis prēter solam effigiē
nihil qđ quidē hominis relinquit: & uitiorū expul
trix qbus infecta humana mēs tantū a sūmo bono
cuiꝰ cā cętera oia agunt mortales: adest ut oiuꝫ erū
narū cumulo obruat. Quapp iure quidē optimo di
uinus ille Socrates apolinis quoq; oraculo sapien
tissimus est appellatus: quoniā relictis subtilioribꝰ
naturę inquisitionibus philosophiā primū a celo in terras auocauit ac nō solū intra urbeꝰ iduxit uerū etiā in huma
nis pectoribus collocauit. Quod tamē tantū die donū non oino priscos illos sapientes latuisse putauerim: quicunq;
fuere: qui circa sęculorū initia mortales adhuc soliuagos: & per siluas dispersos & solis antris aut speluncis aduerꝰ
cęli iniurias defensos: uictu dniq; ferino uiuētes primo in unā ciuitatē compulere: ac deinde compulsos: sed tamē per
insolentiam aduersus eos contumaces in ius: atq; ęquabilitatē induxere: ut & legibus obtemperare: & in cōmune con
sulere assuescerent. Neq; alia ratione. Orpheū & tygres lenisse: ac torrentia flumina retardasse: aut syluas saxaq; mo
uisse lyra fabulātur q̄ qđ eloquenti sapientia & hoies efferatos fororeq; cōcitatos reprimere: & ad mitiores mores re
uocare aut stolidos & pēnitus studios excitare: & ad uim uirtutēq; aiare potuerit sono citarę mouit saxa. Amphion
ut se in ędificationē thebanorū mēniū cōponeret. Monstruosa hęc fabula est: sed nō id monstrū est: qđ fabulę figmen
to tegit nā ciuitatē thebanā ex collectitia hoium turba hactenus stupida & sine sensu ac rōne uiuētē cōposuit: & uer
borū ornatu ac grauitate sniarū formauit. Quapp cū ego. Q. Horatū flaccū tū i cęteris suis uolumibꝰ tū i his quas i
duos libros distinxit epistolis: ita uniuersā hāc doctrinā āplexū eē uideā: ut & qđ sit ueluti ultimū ab hoīe expetendū
& qbus officiis ueluti uia quadā ad id pueniendū sit sapientissime cloquentissimeq; describat putauiꝫ eē eius hois qui

cõmũe ꝓ ſua uirili cõſulat ea qua in illis poetarũ more abſtruſa ac recondita ſunt ita iterpretari: ut quicũq; legerint & induſtriã noſtrã nõ pẽnitus cõtẽnãt; & laborẽ nõ fruſtra omnio a me ſumptũ eẽ itelligãt: & iocunditatis ſimul & utilitatis inde ſe aliquid cõſecutos gaudeãt. Quę quidẽ oia iis potiſſimũ rõnibus nomini tuo dedicaui: ut cũ & que ad priuatam & que ad publicã uitã degendã ptiuent in hoc uolumine recognoueris, tũ & tu horatiũ omniũ poetarũ ſapientiſſimũ fuiſſe animaduertas quãdo quidẽ hęc oia & rectiſſime ſenſerit: & dilucide copioſeq; deſcripſerit: tum patrẽ tuum unicum noſtri ſęculi exẽplar intueatis. Animaduertes enim modo diligenter ſingula tanti ducis dicta factaq; obſerues illum neq; in rebus oĩbus cognoſcẽdis ſapientiſſime uerſari: neq; in ſingulis recte agendis ſũma cũ iuſtitia atq; animi magnitudine ſe gerere potuiſſet: niſi ad eam q̃ a natura ſortitus ẽ ingenii diuinitatẽ: & ad multarũ rerũ diuturnum uſuꝫ atq; experientiã oium poene doctiſſimorum uirorum uariã multiplicemq; doctrinam ſtudioſiſſimẽ adhibuiſſet. Lege igitur ac plege illuſtriſſime guido: ut q̃nadmodũ eorũ bonorũ q̃ i fortunę tẽritate poſita ſũt te ſibi iam diu ſucceſſorẽ parat. Sic ẽt earũ uirtutũ que maxĩe q̃ plurimę: q̃ diuiniſſimę in eo ſũt uiuus ualenſq; nõ ex dodrante aut ex triente ſed ex toto ut aiunt aſſe hęredem futurum te ſũma cum animi uoluptate amplectaẽ. Sꝫ ut qũꝫ ad ipſas interpretationes deſcendam⁹ liber epiſtolarũ in manib⁹ẽ. Epiſtolas ãt grẽci id ſcriptorum gen⁹ appellãt: qđ ad abſcẽtes mittim⁹: & quo ueluti põtes alloqmur uerbũ ductũ ab eo qđ ẽ ἐπιστέλλειν qđ ea lingua mitto ſignificat. In quo loco aiaduertẽdũ ẽ noĩa q̃ a uerbis, e. renuc hũtib⁹ litterã, e. in. o. cõuertere. Quapp ut ab eo qđ ẽ ὠφελῶ. i. laboro fit ὠφέλω ὦ σ. i. labor ita ab eo qđ ẽ στέλλω atq; deinde ἐῶ ἐστέλλω fit ἐπιστέλλω & ñ quo noĩe iã latini pro ſuo utunt dicũtq; nõ ſolũ epiſtolã: uerũ ẽt in neutro genere epiſtoliũ. Vñ Catullus. Quod mihi fortuna caſuq; oppreſſus acerbo Conſcriptũ hoc lachrymis mittis epiſtoliũ. Latine autem epiſtolam litteras appellamus in plurali tãtum numeto. Quapropter unã epiſtolã unas litteras quemadmoduꝫ unas nuptias & una arma proferimus: niſi forte ſua licentia poctę etiam in ſingulari litteram dicant: ut apparet apud Ouidium.

PRima dicte mihi ſũma dicẽde camena. Procmii munere fungit epiſtola hęc. Nã cũ grauiori iã ętate cõſtitutus teneriora poemata omittere q̃is męcenatis rogatu ea ſuſcepiſſet: & res grauiores atq; ex intima phia ꝺ prõtas ut ſibi ciuibuſq; ſuis ꝓdeſſꝫ: litteras mãdare decreuiſſet excuſat in grauęſcẽtẽ ętatẽ ueluti laſciuioribꝰ neqtus inceptã & ueluti prętęritę negligẽtię pẽnitẽtia ductꝰ ſuã in hęc ſtudia ꝓpationẽ deſcribit. Captat igit̃ beniuolentiã a pſona męcenatis: cũ illũ dignũ ꝓnũtiet & qđ olim laudatꝰ ſit; & qđ rurſus deinceps laudãdus. Captat a ſua cuꝫ ſe ueluti memorẽ gratũq; beneficiorũ cõmẽdet. Captat a re ipſa: q̃ ad cõmunẽ oĩuꝫ utilitatẽ ptineat. Quin & ab eadẽ

repertum nonnulli uoluutiut primo ex damnatis paria conficerentur. Quod nulla iniuria effici putabant. Nam qui conficebantur in harena nullam grauiore pœnā dabant quā qua damnati fuerat. Siquis aūt euadebat id sibi luero ap ponere poterat. Deinde reperti sunt qui robustissimos uenales emerent emptosq; in hoc artificio exercerēt: ut deinde ad munera edenda uendetent. Postremo homines perditissimi reperti sunt qui questus gratia hu iusc emodi & periculum & ignominiā suam sponte subirent. Qui aūt gladiatores exercebant lanistę dicebantur. Alii dicunt hanc rem a thenienses in honore scythicę dianę repperisse. Iulius aūt capitolinus scribit uoluisse romanos hoc ludo milites in hostes acriores reddere. Cicero in secunda tuscula na ait Gladiatores aut perditi homines aut barba ri quas plagas perferunt: quo modo illi qui bene in stituti sunt accipere plagam malunt quam turpiter uitare. Quā sępe apparet nihil eos malle q̄ uel do mino uel populo satisfacere. Mittunt uulneribus confecti dominos: qui querant quid uelint si satis eis factum sit se uelle decumbere. Liuius aūt de sci pione. Gladiatorum spectaculū fuit non ex eo genere hominū: ex quo lanisti comparare mos est seruorum: qui uena lem sanguinem habent uoluntaria omnium & gratuite opera pugnantiū fuit. Refert suetonius Neronem & ad fer rum & ad munera harenę quadrigentos senatores & sexcentos equites exhibuisse. Qui personet Ratiōem intel ligit: uel conscientię stimulum dixit aūt psonet aurem. i. sonet per aurem. Dicimus aūt sono cythara & non cythara sed etiā sono cythara carmen doricum. Sic Vir. Cythara crinitus iopas personat aurata docuitq; maximus athlas.

Et mihi purgatam crebro qui personet aurem:
Solue senescentem mature sanus equum: ne
Peccet ad extremum ridendus: & ilia ducat:
Nunc itaq; & uersus & cætera ludicra pono:

Purgatam Non obstructam: sed patulā & audientem. Snia est Ratio mihi dicat. Ego aūt audio & obtempero. Sol ue senescentem alia translatio quę a curuli certamine sumitur nā ut erat qui equū quo in iuuentute hactenus uictor usus est iam senem adhuc in ludis continuare iubet: neq; a iugo soluit: ita ego erratem si ea studia quę bella in iuuen tute exercui hunc senex quę ętas grauiora postulat turpiter exercerem. Peccet ad extremū ham equus qui in iuuen tute uelocissimus fuit in extremo uitę tardior factus ridetur. Ilia ducat. Nam qui per ętatē graviores facti sunt nō corpus habile ferunt: sed tardum trahunt uel ducat quasi nimio hanelitu producat: & quasi extendat. Nam qui imbe cilliores sunt: magis laborant. Ergo magis calescunt: & ex maiore calore maior prouenit hanelitus: unde ilia cōcutiun tur. Versus & ludrica non ergo omnes uersus: sed eos qui ad ludos ideſt ad res lasciuiores pertinent. Ludrica. Om nia quę ad ludos pertinent & ipsę exercitationes circa ludos & illarum instrumenta ludrica appellantur. Pono non ut in secordia degam: sed ut ocium mihi datum ad maiora conuertam. Quod uerum atq; decens. Vtranq; philoso phiam significauit: physicen quę circa ueri inuestigationem consistit: & ethicen quę uitę magistra ad rectas condecē tesq; actiones nos perducit. Naturali enim philosopho satis est uerum quod sit cognoscere. Morali autem quod rectū iustumque est nosse non satis est nisi recte iusteque agat. Opus enim moralis uirtutis non cognitione: sed actione p ficitur. Verum quoniam liber iste horatii totus ex philosophia pendet: & ad utilitatem eorum qui legent: & ad uolup tatem simul pertinere putamus: si rem omnem in suas partes sed quam breuissime fieri potest diuidemus. Sapientissi mę studium quam greci philosophiam nominant tripartito diuidere plurimi consueuere nam omnis qui de illa sermo suscipitur: aut rerum naturam inuestigat: aut uitā & mores querit: aut uiam certā modumq; disserendi docet. Ex quo physicen primā. Ethicen alteram. Tertiā dialecticen greci uocabulis etiā nostri nominauerunt. Aristoteles aūt cui ordo in rebus cęteris omnibus prefertur suis uoluminibus absolutissime rem psequitur. Quapp qui ab eo sunt peri patetici totum negotiū in speculando & in agendo ponunt. Et actionē quidem nos ad beatam uitam instruere. Spe culationē uero quoniā in optima actione consistat: nisi bene agendo comparari posse negant. Primę deinceps philoso hię rursus tres partes faciunt. Vnā quę diuina consideret: quā tum theologiam tum methaphysicen nominant. Alte ram quę naturaliū corporum motum, pprietatemq; inuestigat: quam, ppie physicen nominant. Tertiā mathematicē uocant: quę relictis motu ac pprietate ipsi physice circa sola quātitates corūdem corporū uersatur. Theologia essen tias a materiā separates ita cōsiderat: ut mō eas quarū neq; capax neq; particeps est materia: sed eas quarū & si capax materia nō sit: illarū tamen particeps efficitur: ut uidemus eas substantias quę & si extra corpora intelligantur: tamen illarū particeps efficietur materia ut sunt hoium anim. Physice uero subiectū corpus mobile cum sit huius princi pia, pprietates motusq; in diuinissimo physicorū libro in uniuersum exposuit. Aristoteles. Verum cum mobilis corpo ris motus uarii sint in eo qui de tęlo & mundū inscribitur motū demonstrat qui ad locum duntaxat est. Nā planetę cę liq; ita ad locū mouentur: ut tamen suā essentiā: non mutent nō. n. mutatur in saturnū uenus: aut in iouē mars. aut in alium alius: etsi assiduo celeriq; motu rapiant. In libro aūt de generatiōe & corruptione eū ponit motā qui non ad lo cum solū sed ad formā est. Assidua enim transmutatione in aquam terra & in aerem aqua: atq; rursus ille in ignē uer titur. Sicq; uicissim crassiores cuiusq; leuiores elementi partes in propinquū quod sc grauius est descendit. Est tertius motus qui fit ad formam mixti imperfecti: qualem uidemus in pluuia: grandine: niue: & huiusmodi Est & quar tus ad formam mixti perfectam in iis quę e terra effodiuntur quę greco uerbo metalla etiam latini nominat horum superiorem in meteoris inferiorem in metallorum libro prosequitur. Verum cum huiusmodi motus omnes anima care it: scripsit quoque de anima in quo libro omnes quattuor siue animas siue animę partes prosecutus est.

Sed & de singulis in singulis uoluminibus peregi: Nam de ea quę sentit in libro de animalibus de

ea que uegetat in libro de plantis scripsit. Adiungit postremo officia ac ꝑprietates diuersas: ut de breuitate & longitudine uitę. De morte & uita de sono & uigilia de sensu & sensato: & de memoria & remiscētia. Mathematicē quam tertio loco posuimus bipartito diuidūt. Cum. n. circa quantum uersetur: id aut simplex nudūq; considerant: aut cū aliqua admixtione. Primum rursus in continuum & discretum patiuntur: Sed in continuo geometria: In discreto arithmetrica ē. Si uero mixto cōsideraē aut conspectui admiscetur quantum: unde fluit eam quam prospectiam nuncupant Aut uoci: unde fit musica. Astrologia deniq; & ipsa mixta appellatur. Ex physice n. & duabus partibus mathematicē geometria. s. & arithmetica constat. Agit enim de corporibus cęlestibus quę naturalia sunt: agit de illorum quanto ac numero quorum alterius arithmetici: alterum geometre cōsiderant. Sed de physice q̄ speculationem habent hactenus. Ethice uero quę actionem continet & ad mores consuetudinemq; uitę pertinet trifariam spectatur. In eo. n. quo tibi ipsi moderaris ethica: In eo quo familiaꝫ gubernas

Quod uerū atq; decēs curo: & rogo: & oīs i hoc sū
Cōdo & cōpono quæ mox depromere possim
Ac ne forte roges: quo meduce quo late tuter

œconomica. In eo deniq; quo rempublica geris polytica traduntur. Hęc duas res continet summum. s. in humana uita bonum: ad quod omnia referuntur: quodq; propter se ipsum expetitur atq; officia quibus tanquam uia quadaꝫ ad ipsū ultimuꝫ finem perducimur. In hac tamen aut disputant philosophi ut quid sit summum bonū: quid uirtus: quid uitiuꝫ & similia: quam uim hęc habeant: & in quot partes distribuantur. Aut prępcepta tradunt: quibus ad summum bonum perueniatur. Dialeticen denique alii inter partes philosophię annumerant: ut sit tertia illius pars: Alii scientiam qui dem negant: sed modum quendam & uiam ad illam: & instrumentum quo ad differendū scientię utantur. Duro quod pertinet ad id quod agendum esse didicerit. Et rogo. Vt que nondum didicerit addiscat. Vel dixit curo. i. inquiro: ut ostendat quod duplici uia in cognitionē incognitorum uenimus: ut nostro ingenio & industria inuestigando aut a doctoribus addiscendo. Omnis. totus. i. totam mentem ad hoc uerto: & ē hęc occultior quędam beniuolētie attentionisq; comparatio. Amamus. n. illum: qui tam assiduam uehementemq; operam iis rebus impēdet: que ad uitam moresq; humanos emendandos in primis pertinent. Attenteq; id audiunt homines fidemq; rebus illis adhibent. que tanta diligentia ac studio inuestigata sint. Condo & compono. Vel ostendit quod que dicit non solum condit. i. memorię mandat sed compouit. i. certo quodam ordine digerit que deinde possit promere. i. actionē deducere. Vel cōdo i. describo quod quidem componere ē: ut inde promantur. i. edantur. Ac ne forte roges. Maxima accumulatio cōmendationis earum rerum quas scripturus ē. Nam qui certam aliquam in philosophia sectam sectatur: & mordicus ita tenet: ut mittere nolit: huic necesse ē: ut quandoq; etiam ea que non probat quo positionem tutetur defendat. Hoc igit: reliquis philosophis: accidit. Academicis non accidit. Hi. n. nihil assirmare audent: sed probabilia & que ueri magis similia sunt secuntur: nec stoicorum potius q̄ peripateticorum aut aliorum dogma probant moti illorum auctoritate: sed sola ueri similitudine: quando uerum deprehendi ab hominibus posse negant. Quapropter noster pocta quecunque sentit ea non aliorum auctoritate ductum: sed probabili ratione adductum sequi demonstrat. Verum quoniam de uarietate familiarum quę in philosophia uersantur mentio habita ē non huic loco solum: sed plurimis aliis qui deinceps interpretandi sunt conducere arbitror: ut rem uniuersam sed breuissimis tamen uerbis percurramus. Socrates primus omnium philosophorum de uita & moribus disputauit: sed mira quadam ironia: & de singulis rebus ita uehementer in utranque partem ut singuli penę eius discipuli: ut sunt diuersi humanorum ingeniorum captus: non quod ille sentiret: sed quod sibi maxime consentaneū esset ex huiusmodi disputationib⁹ sibi arriperent. Disputauit quādoq; sanctissimus ille uir de corporis uoluptate sed in utranq; partem disputauit. Aderat cyrenęus. Aristippus hic cum ingenium eius in illam perpensius esset: nō que ille asseueret: sed que sibi magis placerent inde diligens suauem in sensibus motum. i. uoluptatem summum bonum esse dixit. Hi ergo cyrenaici appellantur. Ab eodem sunt etiam hegesiaci: anicerii & theodorii. Qui ab egesia & anicere & theodoro huius populi discipulis nominati sunt. Idem sensisse uidetur. Eudoxus gnidius & Dyonisius heracleotes: qui oculorū dolore a Zenone magistro suo defecit. alii autē ō in uoluptate sūmum bonum posuerunt: sed in indolentia. i. in uacuitate doloris ut Hieronimus rhodius & Leucippius abderi tes. Democritus quoq; & ipse abderis natus uoluit finē bonorū esse rectū quietūq; animi statum: quē ipse euthymiaꝫ appellat. Epicurus uero atheniensis q̄uis tęperatissimus & sūma iustitia amādus esset: tū sūmum bonū ita ad corporis uoluptatem rerulit: ut non solum suauem in sensibus motū uoluptatē appellet: uerum etiā indolentiā que longe alia res ē sub eodē nōie repouat. Zeno ât citticus ex cypro greca ciuitate oia ad eas uirtutes quę ad rectas actiones inducunt rettulit. Itaq; solā uirtutē sūmū bonū putauit: quā suiam socrates in Gorgia demōstrat. Idē penę senserūt cynici. Idē pythagorici a qbus italica phia ē. Idē Bion boristenes. Sꝫ a Zenone q fluxerūt primo zenonii dicti sūt. Deide cū ipse i porticu athenis disputaret a porticu q̄ grece στοὰ ποικίλη appellat stoici dicti sūt. Cū & antea pcte q cadē porticū celebāt stoici nuncupati fuerint. Plato ât i cōtemplatione sūmū bonū ponit a q̄ snia nec Thales milesiꝰ: nec Bias prieneus nec Anaxogoras clozomenius abhorret. Incoannū tū dicit a uirtutibus moralibus quib⁹ aius ab oib⁹ sordib⁹ ꝑ: pictur nā ipurus dum ē pura ei tangere non licet. Ab hoc academici sūt sic denominati ab academia suburbano athenarum academia autem nomen assumpsit: ut Eupolis scribit: ab academio antiquo croe. Timō tū in Platonē scribens affirmat

illam olim non academiam:sed per e academiam dictam fuisse Aristoteles Platonis discipulus ad uirtutes bona corpo ris ut sunt ures:ualitudo:pulchritudo & similia:& bona fortunę qualia dicimus diuitias.nobilitatem:gloriam:hic no res:& que similia sunt ab hoc sunt peripatetici sic a gręco uerbo περιπατέω quod deambulo significat denomina ti. Mam deambulando disputabant. Huiuscemodi autē deambulationē sibi in lycio elegit. Aristoteles. Verum ut ari stoteles ad uirtutes affluentiam extemorū addidit;ita & Calipho uoluptatem: & diodorus uacuitatem doloris cynici idem penę quod stoici de summo bono sentiunt. Sed erat diuersus habitus.nam sacco induti procedebāt. Prętera hoc impudentiores erant. Nam quę non essent turpia facturi:ea in omnium conspectu palam fieri posse dicebant. Quapp cum non sit turpe liberis operam dare in publico:etiā cum mulieribus congrediebantur. Quapp siue ab hac impuden tia siue qđ nimis in carpendis uitiis mordaces essent ὁ κύων ἐστὶν ἀπὸ τοῦ βακκῶ ideſt a canibus cynici sunt appellati. Fluc runt autē ab Antisthene athenienſis antisthenis filio quāuis ex matre thracia notus esset. Ex quibus iam manifestū ē qđ q̄uis diuersa iter se de sūmo bono sentirēt philosophi ñ tū ita a natura defecerūt:ut nō alii i aio alii i corpore alii in utroq; fines bonorū & malorū ponerent. Ex qua tripartita diuisione Varro ad ducentas octoginta & octo opinio nes rē adduxit:ñ q̄ esset:sed q̄ cē posset ait.n q̄tuor cē q̄ hōies sine doctrina naturaliter appetūt. Aut uoluptatē q̄ sensū i eūde mouet: aut quietē quę facit ut nulli molest am corpus sentiat aut utrumq;:quā tamē epicurus uno nomine uo luptatem appellat aut omnia prima naturę inter quę hęc sunt & alia uel in corpore ut membrorū integritas:salus:inco lumitas uel in animo ut quę magna uel parua in humanis reperiuntur ingeniis:Ergo hęc quattuor uoluptas quies utrumq; & prima naturę ita sunt in nobis:ut uirtus quā posita doctrina inserit ꝓpter hęc appetenda sit:aut ista pro pter uirtutes:aut utranq; ꝓpter se ipsam. Hinc igitur iam.xii.sectę sunt cum singulę illę quattuor triplicentur. Verum deinde iste duodenarius numerus duplicatur. Nam cum quisq; unam istarum sectarum sequatur quę duodecim sūt aut ꝓpter se aut ꝓpter socium cui debet uelle idem quod sibi & erunt alię duodecim. Rursus duplicatur ista uiginti quat tuor:cum ipsa ut certa tenemus:ut stoici faciunt;aut ut uerisimilia quamuis incerta ut academici noui. Duplicantur similiter hęc quadraginta octo cum illa aut sub habitu cynicorū sectamur;aut sub habitu reliquorū philosopherū ut iam sint nonaginta sex. Et rursus quia illas alii ita tenent.ut uitam adament otiosam & in cōtemplatione pos tam aut negotiosam & ciuilem ut rempub administrent;aut illam quę sit ex utraq; mixta ut partim necessariū negotium par tim eruditum oti ā sectentur triplicatur numerus & perducitur ad.cclxxxviii.sectas. Nas tamen omnes ita cōfutat Varro:ut omnibus explosis unam quā ipse uerā esse uult & a ueteribus academicis'qui a Platone sunt approbatā reli quat Remouet aūt omnes illas differentias quę numerū sectarum multiplicant. Quod ideo faciendum ait qđ in illis non est finis boni:nec putat aliquā philosophię sectam dicendā quę non differt a cęteris diuersitate finium bonorum & malorum:quoniam nulla est homini causa philosophandi:nisi ut beatus sit;quod aūt beatū facit ipse est boni. Ergo quę nullum finem boni sectatur nulla philosophię secta erit. Cum ergo quęritur de sociali uita utrum summū bonū amici ut suum curet:non de summo bono quęstio est;sed de assumendo socio ad huius participationem boni. Eadem ratio est cū quęritur utrum aliquā opinionem certam teneamus ut ceteri philosophi solet:aut dubitāter ut academici noui. Nam neq; hic quęritur de summo bono:sed utrum illud dubiū an certum sit tenendū: ideſt utrum dicamus hoc uerum est an hoc uerum esse uideatur. Neq; rursus cum de cynicis dicebatur non querebatur summū bonū: sed potius quo habitu summū bonum sectaremur. Neq; postremo uarietas uitę an actiua an cōtemplatiua an mixta sit finem bo norum uariat. Relinquentur ergo duodecim sectę que quidem ternę a primis quattuor prouenient sed cum illas qua tuor ad unum redigentur restabunt:tres sectę. Redigunt aūt quia ostenditur ubi dicunt uoluptatem:quietē utrumque & prima naturę satis esse dicere prima naturę quia uoluptas & quies in primis naturę sunt quę Varro appellat primo genia. Quapropter tres sectę restabunt. Nam ubi uirtus aut disciplina aut nostra industria acquisite ae prima natu ręaccesserit:queritur an prima naturę sint expetenda ꝓpter uirtutem an ipsa uirtus ꝓpter prima naturę:an utrumque propter se ipsum. Est itaq; eius inquisitio cum de summo bono non plantę non pecudis:non deinde sed hominis quęratur homo autem ex animo constet & corpore:utrum sola anima homo dicendus sit corpus autē se prębeat ut equus equi ti. Eques enim non est homo & equus:sed homo solus. Ideo tamen eques quoniam aliquo modo se habet ad equum. An corpus solum sit homo aliquo modo se habens ad animam:sicut poculum ad potionem Non enim calyx & potio quam cotinet calyx simul dicitur poculum:sed calyx solus. Ideo tamen quod potioni continendę sit accomodatus an ue ro nec anima sola nec corpus solum sit homo:sed utrunq; simul:ut bigas dicimus duos equos iunctos. Atq; hoc modo hominem capiat Varro. Vnde summus illius bonū quo fit btūs e utriusq; rei bonis cōstrare uult. Atq; pp hoc prima naturę propter se e petenda ait Ipsam uero uirtutem quam doctrina inserit uult esse artem uiuendi quę quoniā ex animę bonis est excellentissimum est bonum hęc ergo uirtus cum acceperit prima naturę quę hactenus sine illa fue rant;omnia illa propter se ipsam appetit omnibusq;;& se ipsa utitur eo sine;ut omnibus delectetur;atq; perfruatur ma gis minusq; ut queq; maiora minora desunt. ita tamen ut quedam minora ut maiora teneat aut acqui rat contemnat.

Omniū autem bonorum uel animi uel corporis'mihi sibi uirtus pręponit. Hęc enim bene utitur & se ipsa & ęteris quę hominem beatum faciunt bonis. Vbi uero uirtus ipsa non est quanuis ipsa sint bona non bono eius sunt: cuius sunt: & ob hoc nec eius bona iam dicenda sunt: cui mala utenti utilia esse nequeunt.

Hęc igitur hominis uita quę uirtute & aliis animi & corporis bonis sine quibus uirtus esse non potest fruitur

beata dicitur. Si uero & aliis sine quibus esse uirtus potest uel ullis uel pluribus beatior si autem ita prorsus omnib⁹ ut neq; animi neq; corporis ullū desit beatissima. Non enim hoc est uita quod uirtus é: quoniam non communis uita sed sapiens uita uirtus est. Et tamen qualiscunq; uita sine uirtute esse potest. Virtus sine ulla uita non potest. Hec etiam de memoria dixerim & de ratione: & si quid tale in homine é. Quia ante doctrinam hęc sunt: & sine illis non potest esse doctrina & sic nec uirtus: quę utiq; discitur. Bene currere autem: & pulchro corpore esse: & reliqua huiusce modi uirtute esse possunt: & sine illis uirtus. Et bona tamen sunt: & etiam ipsa propter se ipsa diligit uirtus: utiturq; & fruitur sicut uirtutem decet. Hanc uitam beatā etiam sotialem perhibent esse que amicorum bona propter se ipsa diligit: sicut sua. Eisq; propter ipsos hoc uelit quod sibi sue domi sint ut uxor liberi: parentes & huiusmodi. siue in loco ubi domus eius é ut ciues: siue in orbe toto ut gentes: quas ei societas humana coniugit siue in ipso mundo quę deus cernitur cęlū & terra: sicut dii quos sapienti amicos uoluntur. Hoc q; ueteres academici a nouis differre uolunt q; ipsi non censent de finibus bonorum & malorum dubitandum: ut dubitant noui. Nec sua interesse putant siue cynicorum habitu siue alio philosophentur in his finibus quos ueros putant. Ex trib⁹ ât generib⁹ uitę otioso actuoso & qđ ex utro stat hoc tertium sibi placere affirmant. Hęc igitur affirmat Varro ueteres academicos sensisse auctore Antiocho ciceronis magistro & suo quē in pluribus cicero sequitur quem ueterem academicum fuisse uideri uult. Sed nos iccirco breuissime de finibus disputauim⁹ quia ut & adhuc aliqua quam primum properandum erat: & multa seorsum a nobis sunt in primo libro nostrarum chamaldulensium disputationum: positaque m ad Illustrissimum parentem tuum: qui in utroq; genere uitę excellentissimus é: olim scripsimus. Itaque iam ad propositas nobis interpretationes redeamus. Ait ergo. Ne forte roges quo duce, i, quo philosopho auctore. Quo lare. Quo familia philosophorum. Tuer. Defendam meam sententiam. Nullius addicti iurare. Ergo fatetur se academicum. nam reliqui philosophi ita eius quem secuntur auctoris positionem tuentur ut potius falsa defendere tentant q; a positione discedere. Ipse uero tanquam academicus ea ex omnibus eligit: quę magis uera putat. Quid autem sit iurare in uerba, & quid addictus hactenus legisti. Fortuna. Translatio a nauigantibus, & latenter foelicitati ad scribendum adnuere uidetur: si huiusce modi ingenium atq; consilium a natura sortiamur, ut ueri inuestigandi facultas adsit. Hospes. Tanquam externus amicus. Nam neq; ullius secte sum: ut possim dici ex ea familia: nec rursus cuiquā ita aduersarius ut illius hospitio excludi mereat. Agilis fio. Aptus ad actiones per qs uirtutes innuit morales ex quibus id genus uitę perficitur: qp in agendo positū é. Et mersor ciuilib⁹ Cū dit uarias fluctuationes & solicitudines quę homini in uita ciuili etiam secundum uirtutes ciuiles degenti cuenire solent: cum uita ipsa contemplatiua nihil tale patiatur. Quapropter ueriissime a ueritatis auctore de utroq; genere dictum. Nam ad martham conuersus quę actiuę uitę uices subtinet ait. Martha martha sollicita es: & turbaris circa plurima. De maria autem i. de contemplatione immobilem tranquillitatem protulit: quando eam partem elegisse dicit quę non auferetur ab ea. Nunc. In aristippi. Epicurum in sua iuuenta fuisse poetam hunc ostendimus. Ergo & aristippi cyrenaici dogma tenuit. Nam uterq; summum bonum in uoluptate posuit ergo relabor quasi reuertor. Labi. n. occultius é q; gra. inut ostendat non omnia dare uoluptatibus: sed cum uirtutem preponat non tamen aspernatur preceptū aristippi: qui ultro se offerentibus uoluptatibus ita libenter fruebatur: ut etiam si opus esset deq; eis grauitas postulare facile esset illis caruturus. Ergo cum & relabor dixit & furtim non uidetur quidem omnino uoluptatem aspernari: quādo quidem una ex illis sit quę prima nature appellantur & quibus uirtus recte utitur & propter se amat: sed tamē ipsi uirtuti longe postponit: quę sententia ut paulo supra demonstraui ab academicis nō abhorret. Et mihi res apertissime academicum se profitetur. Nam ceteri philosophi se rebus adiungunt cum id quod semel posuerint etiam si non placeat defendere cogantur. Vt no. longa. Mirus progressus & sapientia atq; artificio accumulatus. Primo enim grauiore iam ętate ea quę leuiora & adolescentię condonanda sunt relinquenda iudicauit. Deinde grauiora & que ad fe nc beateq; uiuendum pertinent inquirenda proposuit. Sed cū ad uerum inueniendum optimo duce opus sit: ex omnibus philosophorum familiis academicos tanquam excellentioren delegi. Verum cuius neque nugas omittere: neque seria proponere: neque ad illa recta ratione ac uitia progredi satis sit: nisi eodem ardentissimum studium quo omnis socordia amoucatur: accesserit. Iccirco tribus efficacissimis comparationibus quanto animi ardore hęc prosequatur mire exprimit Vt no. longa: omnes cupiditates ardorem habent. Sed nulla magis animum ęgrotum inflammat quam cupiditas rei amatę potiendę: ac hęc ipsa augetur: cum spes prouenit ex amicę promissis.

Dieśq; l. Prodiue est humanum genus a labore ad libidinem. Ergo non mirum est si mercenarius cui in opere

Nullius adictus iurare in uerba magistri
Quo me cūq; rapit tempestas deferor hospes
Nunc agilis fio: & mersor ciuilibus undis
Virtutis ueræ custos, rigiduśq; satelles
Nunc in aristippi furtim precepta relabor
Et mihi res non me rebus submittere conor:
Vt nox longa, quibus mentitur amica: diesq;

